**Oxycratum compositum.**

Rp. Oxycrati simplicis 95,0
Spiritus camphorati 5,0.
Misce.

**Oxycratum simplex.**

Rp. Ammonii chlorati 3,0
Aceti crudi
Aquae frigidae aa 50,0.
Conquassando misce.

**Oxygenium.**

Gas oxygenium gradatim evolvendum.
O=16—O=8.

Rp. Kali bichromici P. 3.
[1] Contritis et in cucurbitam vitream immissis affunde
Acidi sulfurici conc. P. 4.

Tubo deductorio cucurbitae infixo, calore modico evolutio Oxygenii efficiatur. 30 Grammata bichromatis praebent circiter 3600 Centimetros cubicos vel 5,5 Gramm. Oxygenii.

Praeceptum ad Aquam oxygenatam conferendum est.

Gas oxygenium celeriter evolvendum.

Rp. Kali chlorici pulv. P. 4
[2] Mangani hyperoxydati optimi pulv. P. 1.

Mixtae et a corporibus organicis plane liberae immittantur in cucurbitam. Tubo deductorio infixo, calore modico evolutio gasis efficiatur. 30 Grammata Chloratis praebent circiter 8000 Centimetros cubicos vel 12 Grammata Oxygenii. Litra una (vel 1000,0) aquae dissolvit 27 litras Oxygenii gasiformis.

**Oxymel Colchici.**

Rp. Aceti Colchici P. 1
Mellis depurati P. 2.

Mixtae evaporando ad spissitudinem syrupi redigantur vel donec P. 2 supersint. *(Ph. Germanica.)*

**Oxymel Scillae.**

Mellitum s. Oxymellitum Scillae. Oxysaccharum Scillae.

Rp. Aceti scillitici P. 1
Mellis depurati P. 2.

Mixtas evapora calore balnei vaporis ad syrupi spissitudinem vel donec P. 2 supersint. *(Ph. Germanica.)*

*Ph. Gall.* Aceti scillit. 5,0, Mellis 200,0.

*Ph. Brit.* Aceti scillit. 50,0, Mellis dep. 100,0.

Misce, evapora etc.

**Oxymel simplex.**

Mellitum acetosum. Oxymel. Syrupus Aceti. Oxysaccharum.

Rp. Aceti concentrati (30%) P. 1
Mellis depurati P. 40.
Misce. *(Ph. Germanica.)*

**Oxymorphinum.**

Extractum Opii spirituosum.

Rp. Tincturae Opii simpl. q. v.

In lebetem porcellaneum immissa portio inter agitationem evaporetur. Massa residua dein exsiccetur. Serva in lagenulis optime obturatis.

**Palamudum.**

*Palamoud.*

Rp. Cacao praep. P. 30
Farinae Oryzae
Amyli Solani tuberosi aa P. 120
Ligni Santali rubri P. 4.
M. fiat pulvis subtilissimus.

**Palladium chloratum.**

Pd $Cl_2$=177,6—Pd Cl=88,8. (Reagens.)

Rp. Palladii metallici q. v.
Solve in
Aquae regiae q. s.

Solutio inter agitationem modico calore usque ad siccitatem evaporetur.

**Pancreatina.**

Pancreatinum. Trypsina. *Pankreatin.*

Rp. Pancreatia tria vel quatuor recentia (glandulas salivales e ventre porcorum exemptas).

Haec pancreatia ab adipe et cuticulis plane liberata, in particulas parvas divisa concisaque, tum contundendo in massam pulposam redacta commisce cum
Aquae destillatae

aequipondio. Post aliquot momenta parva massam exprime, tum liquorem expressum et per pannum laneum colatum misce cum

Spiritus Vini absoluti

volumine duplo inter agitationem. Sepone per horam unam, deinde praecipitatum collige, lenis pressionis ope ab aqua adhaerente quam maxime libera et cum

Sacchari Lactis pulv. 15,0

commixtum supra chartam bibulam extende. Tum sepone loco clauso, in quo stratum Calcariae ustae collocatum est, donec massa satis sicca appareat. (Calorem etiam, qui 40° C. non superat, ad exsiccandam massam adhibere licet.)

Massa sicca pulverata ea quantitate Sacchari lactis commisceatur, ut partes centenae contineant partes quinquaginta (25) Pancreatinae. Ad usum sumatur duplum.

*Dosis:* 0,1—0,3—0,5 Pancreatinae (50%) bis terve per diem.

## Panis bis coctus.

Panis dulcis. Dulciarium tenuius. *Biscuit.*

Rp. Sacchari pulverati 250,0
Elaeosacchari Flaved. Citri 7,5
Albumen cum vitello ex ovis 10.

In lebetem cupreum immissa et calore balnei vaporis ad 45—50° C. calefacta ope fistucae spumatoriae fortiter agitentur, ut fiat massa spumosa. Dein agitatio continuatur, donec massa refrixerit. Quo facto paulatim admisce per cribrum trajiciendo et agitando

Amyli pulv. e tuberibus Solani tuberosi 150,0
Farinae triticeae optimae 200,0

antea commixta. Massa tum in modulos Saccharo pulverato conspersos immittatur et calore 85 ad 105° C. in furno effecto coquatur.

Panis dulcis medicamine ornatus. *Biscuits mit Arzneistoff versehen:*

Panis dulcis primum in superiore parte penicilli ope miscela parata ex

Syrupi Sacchari et
Mucilaginis Gummi Arabici aa

illinitur, deinde dosi medicaminis commixti cum saccharo, amylo, oriza pulverata, vel ligno Santali rubro pulverato conspergitur. Illitum siccatum denuo illo liquore gummoso dulci, si opus fuerit, illinendum est.

## Panis ferruginatus.

Rp. Massae ad panem bis coctum parandum q. v.
Ferri hydrogenio reducti q. s.

Misceantur et l. a. in furno fiant panicelli, quorum singuli contineant 0,15 vel 0,2 Gm. Ferri.

## Panis glutinaceus.

Panis in usum diabeticorum. *Kleberbrot.*

Rp. Glutinis recentis e farina triticea secreti *P.* 200
Butyri vaccini *P.* 20
Albuminis cum Vitello ovorum *P.* 30
Panis militaris vel panis duracini nigri triti *P.* 100
Natri bicarbonici subt. pulv. *P.* 2.

Mixtis admisce

Cretae praeparatae *P.* 1
Acidi tartarici pulv. *P.* 2.

Massa bene depsta ad panes redigatur et in furno pistorio celeriter coquatur.

## Panis jodatus.

*Biscuits jodurés.* Panis strumalis. *Skrofelbisquits.*

Rp. Kalii jodati *P.* 10
[1] Ammonii carbonici *P.* 20.

Solve in

Aquae destill. *P.* 50.

Liquorem commisce cum

Massae farinae triticeae subactae et saccharatae *(Zuckerbrotteig)* *P.* 1000.

Tum massam farina conspersam ope cylindri lignei ad placentam altitudinis 0,4 Centimetr. extende, quam placentam ita divide, ut placentulae singulae contineant Decigramma unum Kalii jodati. Placentulae (100) tum in furno pistorio coquantur.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0556-6 DFG

## Panis laxans.

*Biscuits purgatifs. Laxirkuchen.*

Rp. Scammonii *P.* 10
[1] Massae farinae triticeae subactae et saccharatae *(Zuckerbrotteig) P.* 500.

Mixtae fiant panes aequali modo, quo Panis jodatus paratur. Singuli panes contineant 2 Decigrammata Scammonii. *Dosis* ad usum infantis nati 7 annos est panis unus.

Rp. Panis saccharati (Panis bis
[2] cocti, *Biscuit*) placentam.

Dorsum ejusdem illine solutione Resinae Jalapae spirituosa, quae 12 Centigrammata (Grana duo) resinae continet, et miscela parata ex albumine ovi in spumam redacto, Saccharo et mucilagine Tragacanthae. Leni calore sicca.

*Dosis* ad usum infantium et liberorum natorum
½—1 ann. est panis ⅓
2—3 „ „ „ ½
4—5 „ „ „ ¾
6—8 „ „ „ 1;
ad usum adultorum 2—3 panes.

Pasta jalapina. Panis jalapinus.

Rp. Vitellum ovorum sex
[3] Sacchari alb. 100,0
Farinae Tritici 35,0
Tuberis Jalapae pulv. 22,5.

Misce, ut fiat massa pulposa densior, quae in furno calefacto ad panem redigatur. Hunc panem divide in partes quindecim (15) aequales. Pars una dosis lenior est.

## Panis laxans Wimmerii.

*Wimmer'sche Laxirbrödchen.*

Rp. Scammonii
Sacchari albi $\widehat{aa}$ 12,5
Saponis medicati 1,0.
Pulverata et mixta commisce cum
Panis saccharati 150,0
Aquae Aurant. flor. q. s.,
ut fiat massa, ex qua formentur placentae oblongae vel quadratae, quae singulae contineant 3—4 Decigrammata Scammonii. Leni calore sicca.

## Panis vermifugus.

Rp. Fructus Anisi *P.* 20
Fructus Coriandri *P.* 10
Caryophyllorum aromat. *P.* 3
Cardamomi min. *P.* 2
Cassiae cinnam. *P.* 8
Kali carbonici *P.* 10.
Pulveratas mixtasque commisce cum
Farinae secalinae *P.* 10000
Sacchari pulv. *P.* 500
Mellis q. s.,
ut fiat massa depsiticia, cui subigatur pulvis subtilissimus, mixtus e
Santonini *P.* 20
Florum Cinae *P.* 250
Tuberum Jalapae *P.* 200.

Dein fac panicellos, qui in furno coquantur. Si loco partium singularum recipis Grammata, fac panicellos 3000, ut singuli contineant Flor. Cinae 0,083 Gm. et Santonini 0,0066 Gm.

## Pannus cous jodoformiatus Billrothii.

Gaza adhaerens jodoformiata.
*Billroth's klebende Jodoformgaze.*

Rp. Colophonii 1000,0.
Solve in
Spirit. vini absoluti 10000,0.
Colaturae adde
Jodoformii subt. pulv. 40,0
Glycerinae 500,0.

Hoc liquore metra ducenta Organtinae vel Organdiae (carbasus subtilissimus) imbuantur.

## Papaïna.

Papayinum. Pepsina vegetabilis.
*Papaiyacin. Papayotin.*

Rp. Chyli vel succi lactei *Caricae Papayae* L. q. v.

Chylo calore 35° C. nunquam superante siccato affunde miscelae paratae e
Glycerinae *P.* 2
Aquae destill. *P.* 1
quantitatem vigintuplam et loco vix tepido per dies quatuor macera, saepius agitando, tum filtra et macerationem repete, quamdiu Papaïna solvitur. Liquorem filtratum commisce cum

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0557-2 DFG

Spiritus V. absoluti q. s.,
ut Papaïna soluta perfecte secernatur. Haec in colatorio linteo collecta et Spiritu vini diluto elota, supra catinum porcellaneum dispansa calore 35° C. non superante siccetur. Sit pulvis albus amorphus, vim fermentativam in liquoribus acidulis atque alkalinis committens.

*Dosis:* 0,1—0,3—0,5.

## Paraldehydum.

*Paraldehyd.*

$C_6H_{12}O_3$—$C^{12}H^{12}O^6$=132.

Rp. Aldehydi neutralis 1000,0.
Calore 12—18° C. adde
Acidi hydrochlorici concentrati 50,0.

Conquassata sepone loco paullum calido (25—35° C.) per aliquot horas, pluries conquassationem repetendo. Tum infunde miscelam, affusis

Aquae destill. 100,0,

in vas orificio amplo instructum, quod in balneo refrigeratorio collocatum est, ut miscelae calor ad 1—8° C. reducatur et Paraldehydum exortum in massam crystallinam transeat, quae in colatorio linteo inter lenem pressionem collecta calore 10° C. superante liquetur et in retortam infusam destillationi subjiciatur. Liquor calore 120—126° C. transiens Paraldehydum est.

Liquor limpidus, coloris expers, reactionis neutralis vel paullulum acidulae, saporis aetherei proprii, in lingua frigoris minoris sensum relinquentis, odoris aetheri fere similis, pd. sp. 0,993—0,998, calore infra 10° C. in massam crystallinam transiens, calore 123—124° C. ebulliens, in aquae copia octupla solubilis, in spiritu et aethere faciliter solubilis. Serva in lagenis plane repletis, epistomio vitreo occlusis, et a luce remotis. Sedativum, hypnoticum. *Dosis:* 1,0—2,0 (sedativum); 3,0—6,0—10,0 in partes minores duas vel tres divisa (hypnoticum). *Dos. maxima:* 5,0, pro die 10,0!!

(Jure patenti diplomatum et tutum.)

## Passulae laxativae.

*Laxeer-Corender. Rosinenlatwerge.*

Rp. Foliorum Sennae *P.* 30
Aquae *P.* 80.

Ebulliant, ut colaturae expressae sint *P.* 50, ex quibus, additis

Sacchari albi *P.* 100

fiat ebulliendo syrupus. Tum admisce

Passularum minorum ablutarum *P.* 100
Cassiae cinnam. pulv. *P.* 3.

In vase tecto serva.

## Pasta alcalina.

Pasta libi melliti seu panis piperati. (*Pfefferkuchenteig.*) *Ad usum externum.*

Rp. Farinae Hordei *P.* 10
Kali carbonici dep. subt. pulv. *P.* 3
Glycerinae *P.* 5
Mellis depurati q. s.

Misce, fiat pasta mollior. Serva in olla.

## Pasta antimetrocelidica.

Emplastrum naevos maternos demens.
*Muttermalpasta.*

Rp. Tartari stibiati 1,0.

Subtilissime pulvera, tum calore leniore misce cum

Empl. saponati 4,0.

S. Stratura 2 millimetra crassa, magnetudine naevi materni imponatur, tum chartae adhaesivae ope alligetur. Intra quatuor ad quinque dies naevus in ulcus transitus est. Tum pasta removeatur, ut ulcus sanescat.

## Pasta antiphagesorica.

*Comedonenpasta. Mitesserteig.*

Rp. Acidi acetici diluti (30 %) 3,0
Glycerinae 4,0
Sulphuris praecipit. 2,0
Boli albae 4,0 vel q. s.

Misce, ut fiat pasta paululum mollis. *Usus.* Vesperi ante somnum comedonibus pasta imponatur. Post aliquot dies comedones extrudere potes.

## Pasta antiseptica Socini.

*Socin's antiseptische Verbandpasta.*

Rp. Zinci oxydati 50,0
Zinci chlorati 5,0
Glycerinae 10,0
Aquae destill. 40,0 vel q. s.

Misce fiat pasta mollis.

## Pasta Cacao.

Chocolata medica. Massa cacaotina.
*Gesundheitschocolade.*

Rp. Semina Cacao.

Leviter tosta decorticataque in mortarium ferreum calefactum ingere et tamdiu contunde, donec in massam semifluidam tenerrimam redacta sint, quae in cistas e ferro stannato confectas l. a. infundatur.

## Pasta Cacao alba.

*Weisse Chocolade.*

Rp. Sacchari albi *P.* 40.
Farinae Oryzae *P.* 30
Amyli Maranthae *P.* 15
Gummi Arabici *P.* 5.

Pulveratis admisce
Olei Cacao *P.* 10.

Tum adde
Elaeosacchari Vanillae *P.* 3
Glycerinae *P.* 5
Aquae fervidae q. s.,

ut fiat massa, ex qua placentae leni calore siccandae formentur.

## Pasta Cacao aromatica.

Chocolata aromatica.

Rp. Pastae Cacao saccharatae
[1] *P.* 3000.

Calefactis admisce mixturam pulveream, miscendo paratam e
Cassiae cinnamom. *P.* 30
Caryophyllor. *P.* 10
Cardamomi minoris
Macidis aa *P.* 5
Elaeosacchari Citri *P.* 10
Balsami Peruviani *P.* 5.

Mixtione peracta, massam adhuc calidam l. a. in tabulas redige.

Rp. Pastae Cacao saccharatae
[2] *P.* 2000
Cassiae cinnam. *P.* 20
Cardamomi min. *P.* 10
Pulveris aromatici
Elaeosacchari Citri aa *P.* 5
Elaeosacchari Vanillae *P.* 15.

M. l. a. etc.

## Pasta Cacao cum Arrow-Root.

Broma.

Rp. Massae cacaotinae (Cacao praep.)
Sacchari aa *P.* 50
Arrow-Root *P.* 5.

Mixtas et calefactas l. a. in tabulas redige.

## Pasta Cacao cum China.

Rp. Massae cacaotinae *P.* 100
Sacchari *P.* 90
Corticis Chinae reg. pulv.,
Cassiae cinnam. pulv. aa *P.* 10
Balsami Peruviani *P.* 1.

Mixtas et calefactas l. a. in tabulas redige.

## Pasta Cacao hordeata.

Pasta Cacao cum Hordeo praeparato.

Rp. Massae cacaotinae *P.* 100
Farinae Hordei praep. *P.* 10
Sacchari albi *P.* 90.

Mixtas et calefactas l. a. in tabulas redige.

## Pasta Cacao cum Ferro.

Chocolata cum Ferro. Pasta Cacao martiata.

Rp. Pastae Cacao saccharatae *P.* 2000
Caryophyllor. pulv. *P.* 10
Cardamomi min. pulv. *P.* 5
Elaeosacch. Cinnamomi *P.* 10
Balsami Peruviani *P.* 5
Ferri pulv. vel reducti *P.* 40.

M. l. a. Fiant tabulae.

Loco Balsami Peruviani Elaeosacchari Vanillae quantitatem triplam adhibere potes.

## Pasta Cacao cum Ferro carbonico.

Chocolata cum Ferro (*Ph. Gall.*).
*Chocolate ferrigineux.*

Paretur aequali modo quo Pasta Cacao cum Ferro, nisi quod loco Ferri

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0559-6
DFG

pulverati sumantur Ferri carbonici saccharati *P.* 40.

*Ph. Gall.* Chocolatae simpl. 990,0, Ferri subcarbonici 10,0. Per longius tempus ne servetur.

**Pasta Cacao cum Fuco amylaceo.**

Pasta Cacao c. Fuco Ceylanico.
*Ceylon-Moos-Chocolade.*

Rp. Fuci amylacei (Sphaerococci lichnoïdis) 500,0
Aquae fervidae q. s.
Colaturae 2000—3000,0 adde
Sacchari albi 500,0.

Calore modico inter agitationem evapora, postremum exsicca et massam siccam in pulverem contunde. Huic pulveri adde

Cacao praeparati
pondus aequale et
Sacchari albi 100,0
Saccharinae 2,0.

Calore modico in massam mollem transacta ad tabulas forma.

*Usus:* In phthisi.

**Pasta Cacao cum Glutine.**

Cacao diabeticorum. *Kleberchocolade.*

Rp. Pastae Cacao *P.* 1000.
Leni calore emollitis immisce
Glutinis e farina triticea recentis *P.* 500
Pulveris aromatici *P.* 10.

Massa calida in cistas imprimatur et siccetur.

**Pasta Cacao**
cum Lichene Caragaheen.

Rp. Lichenis Caragaheen *P.* 30
Aquae q. s.

Coque per horam dimidiam. Colatura inter agitationem calore balnei vaporis ad extracti spissitudinem evaporetur, tum optime exsiccetur et in pulverem subtilem redigatur. Huic pulveri admisce

Massae cacaotinae *P.* 100
Sacchari *P.* 90.

Calefactas l. a. in tabulas redige.

**Pasta Cacao**
cum Lichene Islandico.

Rp. Lichenis Island. conc. *P.* 60.
Affunde
[1] Aquae calidae *P.* 250,
in quibus antea solutae sunt
Kali carbonici dep. *P.* 3.

Stent per sex horas, tum liquorem decantha, Lichenem aqua frigida bene ablue, deinde sicca et in pulverem subtilissimum redige. Hujus pulveris *P* 40 admisce

Massae cacaotinae
Sacchari $\widehat{aa}$ *P.* 250
Radicis Salep pulv. *P.* 2.

Fiat leni calore massa, quam l. a. in tabulas redige.

Rp. Pastae Cacao sacch. *P.* 500
[2] Gelatinae sicc. Lich. Isl. *P.* 50.
M. l. a. etc.

**Pasta Cacao**
cum Extracto Carnis.
*Chocolade mit Fleischextract.*

Rp. Extracti Carnis *P.* 100
Sacchari pulv. *P.* 950.

Bene mixtis adde leni calore adhibendo

Massae cacaotinae *P.* 1000.

Massam bene agitatam, adhuc calidam l. a. in tabulas redige.

**Pasta Cacao**
cum Paullinia.

Chocolata Paulliniae s. Guaranae pastae.

Rp. Pastae Cacao sacch. *P.* 1000
Pastae Guaranae *P.* 50.

Mixtas et calefactas l. a. in tabulas redige.

**Pasta Cacao saccharata.**

Chocolata *Ph. Gall.* Chocolata Sanitatis s. medica simplex. Chocolata simplicior *Ph. Gall.* *Gesundheitschocolade.*

Rp. Massae cacaotinae optimae
[1] (Cacao praep.)
Sacchari albi $\widehat{aa}$ *P.*

Mixtas et calefactas l. a. in tabulas redige.

Rp. Cacao Caracas
[2] Cacao Maragna $\widehat{aa}$ 3000,0
Sacchari pulv. 5000,0
Cass. cinnamom. pulv. 30,0.

Mixta l. a. in tabulas ponderis 125,0 et 250,0 g. redige. *Ph. Gall.*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0560-7

**Pasta Cacao**
cum Salep.

Rp. Pastae Cacao sacch. *P.* 1000
Radicis Salep subt. pulv. *P.* 25.

In mortario ferreo calefactas misce et l. a. in tabulas redige.

**Pasta Cacao vanillata.**
Chocolata cum Vanilla.

Rp. Chocolatae sine Cinnamomo 1000,0
Vanillae pulv. saccharatae 40,0.

M. l. a. *Ph. Gall.*

**Pasta Camphorae.**

Rp. Camphorae 20,0.

In mortarium lapideum immissa inspergendo Spiritum Vini conterendoque in pulverem tenuiorem redigantur, tum immisceantur

Olei Olivar. Provinc. 2,0
Spiritus Vini rectfss. q. s.,

ut pasta consistentiae linimenti spissioris efficiatur. Pasta in ollam vitream, epistomio claudendam, immittatur.

Medicamentum topicum odonticum et antineuralgicum, ad alliganda ulcera et bubones syphiliticos.

**Pasta cannabina.**
*Haschisch arteficiale.* Churrulus. Churrus artefactus.

Rp. Herbae Cannabis Indicae 100,0.

A pulvisculo liberata et in pulverem grossum transversa misce cum mucilagine parata ex

Tragacanthae 5,0
Sacchari 7,5
Aquae destill. 30,0.

Miscelam supra patinas extensam loco tepido exsicca, tum in pulverem redige. Eo modo uti Haschisch verum adibetur.

**Pasta carbolisata**
(Lister).
Pasta phenylata Ph. mil. Suec.
*Lister's Carbolpaste.*

Rp. Acidi carbolici 5,0
Olei Lini 20,0
Cretae laevigatae q. s.,

ut fiat massa mollis.

*Usus:* Inter partes texti gossypini tenuioris illata vulneri desinficiendo imponatur. *Ph. mil. Suecica:* Ol. phenylata 12, Cretae praep. 50.

**Pasta caustica.**

Paretur aequali modo quo Causticum Viennense fusum e

Kali caustici sicci *P.* 3
Calcariae ustae subtilissime pulveratae *P.* 1.

**Pasta caustica**
Brykii.

Rp. Bromi chlorati *P.* 4
Stibii chlorati
Zinci chlorati $\widehat{aa}$ *P.* 3
Radicis Althaeae pulv. *P.* 8
Gummi Arab. *P.* 1.

Misceantur, addendo Mucilaginis Gummi Arabici sufficientem quantitatem, ut fiat pasta. Paretur, quoties usus poscit.

**Pasta caustica chartacea.**
Causticum chartaceum. *Caustique au papier.*

Rp. Chartae filtratoriae q. v.

In particulas parvas concisae affunde

Acidi nitrici monohydrati (1,520 pd. spec.) q. s.,

ut fiat pasta mollis homogenea. Vulneribus cauterizandis imponitur.

**Pasta caustica**
Londinensis.
Causticum Londinense. Soda cum Calce.
*London Paste*

Rp. Natri caustici
Calcariae ustae $\widehat{aa}$ *P.*

Conterendo in mortario ferreo calefacto commisce, ut fiat pulvis, qui in lagenis obturatis servetur.

**Pasta caustica**
Payanii.

Rp. Cupri sulfurici pulv. q. v.,
Vitelli Ovi q. s.

M. f. pasta. Recens paretur.

**Pasta caustica**
Rustii.
*Caustique de Velpeau.* Causticum Rustii.

Rp. Croci pulverati q. v.,
Acidi sulfurici conc. q. s.

M. f. pasta mollior.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0561-3 DFG

## Pasta caustica cum Zinco chlorato.

Pasta Canquoini *Ph. Gallicae.* Causticum cum Chlorureto zincico. *Caustique avec le Chlorure de Zinc; Pâte Canquoin Ph. Gallicae.*

Rp. Zinci chlorati
[1] Farinae secalinae aa *P.*

Zincum chloratum Aquae destillatae quantitate sufficiente solutum misceatur cum farina, ut massa densior efficiatur, quae in laminas extensa in lagenis obturatis servetur.

Pasta flexilior.

Rp. Zinci chlorati
[2] Farinae triticeae aa 10,0
Glycerinae dilutae q. s.

M. f. pasta densior, Glycerina diluta est mixtura e Glycerinae et Aquae destillatae aa *P.*

*Ph. Gall.* Zinci chlorati 32,0, Zinci oxydati 8,0, Farinae secalinae siccatae (100° C.) 24,0, Aquae 4,0. Massa siccata in cista cum calcaria usta particulatim repleta et dense clausa servetur.

## Pasta dentaria.

Pasta Glycerinae mentholata. *Menthol-Glycerin-Crême.*

Rp. Calcii carbonici praecipitati
Lapidis specularis pulv. aa 20,0
Saponis medicati pulv. 10,0
Magnesii subcarbonici 10,0
Coccionellae 1,0.

In pulverem subtilem redactis adde
Mentholi 2,0
soluta in
Spiritus Vini absoluti 6,0.
Tum admisce
Glycerinae q. s.,
ut fiat pasta mollis. Postremum adde
Aquae Rosae 5,0,
ut pulpa mollior efficiatur.

## Pasta dentifricia.

Sapo dentifricius.
*Odontine (de Pelletier).*

Rp. Concharum praep. 100,0
[1] Lapidis Pumicis praep. 5,0
Radicis Iridis Florent. 15,0
Saponis Hispanici 25,0
Rubri Berolinensis 10,0.

Misceantur in pulverem, cui addantur
Sacchari pulv. 10,0.
Glycerinae 50,0
Olei Menthae pip. 2,0
(Olei Caryophyllor. 0,25)
Spiritus V. rectfss. 25,0
Aquae Rosae q. s.

Fiat pasta, quam in ollis porcellaneis obturatis asserva, aut in scatulas porcellaneas (figulinas) ingestam dispensa. Scatulae sint signatae:

***Odontine***
*zum*
*Reinigen der Zähne.*

*Die mit Wasser angefeuchtete Zahnbürste wird, nachdem sie auf der in der Büchse befindlichen Masse gerieben ist, zum Putzen der Zähne benutzt.*

Rp. Talci Veneti 150,0
[2] Saponis medicati
Sacchari albi aa 75,0
Gummi Arabici
Rubri Berolin. aa 7,5.

Pulveratis admisce
Olei Menth. pip. 2,5
Glycerinae 100,0
Aquae destill. q. s.,
ut fiat pasta.

Pasta dentifricia aromatica.

Dr. *Suin de Boutemard's aromatische Zahnpasta.*

Rp. Talci Veneti 120,0
[3] Lapidis Pumicis praep. 10,0
Saponis Hisp. pulv. 20,0
Rubri Berolinensis (aut Laccae in glob.) 10,0
Glycerolati simplicis
Syrupi Sacchari aa 20,0
Olei Menth. pip. 2,0
Olei Caryophyll. 1,0
Spiritus V. rectf. 20,0
Aquae destill. q. s.

Misce, ut fiat leni calore pasta densior, quam in tabulas quadrangulares redige et, calorem evitando, sicca.

Rp. Talci Veneti 500,0
[4] Saponis Hispanici 250,0
Olei Menth. pip. 10,0
Olei Caryophyll. 2,5

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0562-9
DFG

Rubramenti e Coccionella et
Aquae Cinnam. vinosae q. s.,
ut fiat massa, cui admisce
Glycerinae 250,0
Talci Veneti q. s.,
ut fiat massa densior.
M. etc.

*Odontine de Simon.*

Rp. Mellis crudi
[5] Saponis medicati $\widehat{aa}$ 15,0
Cornu Cervi usti 7,5
Olei Menthae pip. *Gutt.* 20
Olei Calami *Gutt.* 1
Carmini rubri 0,1
Magnesiae hydrico-carb. 12,5
Glycerinae 10,0
Aquae destill. q. s.
Misce, ut fiat pasta.

*Odontine de Berlin.*

Rp. Carmini rubri 2,0
[6] Saponis Hispanici
Mellis crudi $\widehat{aa}$ 300,0
Concharum praep. 150,0
Magnesiae hydrico-carb. 320,0
Olei Menthae pip. Germanici 15,0
Olei Calami 2,0.
Misce, ut fiat pasta.

## Pasta escharotica
Londinensis.

Rp. Calcariae hydratae *P.* 20
Kali caustici sicci *P.* 8
Aquae dest. *P.* 10—12.
Misce, ut fiat pasta, quam in vitris obturatis dispensa.

## Pastae escharoticae
Canquoini.

Causticum Canquoini. Pasta Zinci chlorati s. Chloreti zincici.

Rp. Zinci chlorati 10,0
[1] Farinae Tritici 20,0
Aquae 0,45 vel q. s.
Misce.

Rp. Zinci chlorati 7,5
[2] Farinae Trit. 22,5
Aquae 0,48 vel q. s.
Misce.

Rp. Zinci chlorati 6,0
[3] Farinae Trit. 24,0
Aquae 0,5 vel q. s.

Rp. Zinci chlorati 5,0
[4] Farinae Trit. 25,0
Aquae 0,55 vel q. s.

In mortario porcellaneo commixta in pastam redigantur. Massa dein in tabula lignea ope cylindri lignei, hinc inde manubrio instructi, in laminas (lacinias) tenues planas extendatur.

## Pasta escharotica Canquoini correcta.

Rp. Zinci chlorati 40,0
Zinci oxydati 10,0
Farinae triticeae, antea siccatae 30,0
Aquae destillatae 5,0.

Massa exacte contrita supra laminam vitream vel porcellaneam extendatur, ut stratura in superficie laevigata sit millimetra duo ad tria crassa. Sepone loco calido, calorem paulatim augendo, donec massa exsiccata fuerit. Tum massa dissecta in vase vitreo supra calcariam ustam servetur.

## Pasta escharotica Canquoini glycerinata.

Rp. Zinci chlorati 10,0
Glycerinae 4,0
Farinae triticeae (20,0) q. s.
Misce, ut fiat pasta.

## Pasta Guarana.
Pasta Seminum Paulliniae.

Rp. Seminis siccat. Paulliniae sorbilis (Sapindinaceae, plantae Brasiliensis) q. v.

In vase ferreo perpetuo agitando leviter torreatur, tum in pulverem redigatur. Hujus pulveris
Partes 5
commisceantur cum
Cacao praep. *P.* 1
Aquae et Taffiae q. s.,
ut fiat massa, quae digito prementi paululum cedat. Massam hanc in taleolas scissam initio lente, postremo autem fortiter exsicca. (Pasta continet 5% Theïni.)



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0563-5
DFG

**Pasta Guarana**
artificialis.

Rp. Herbae concisae Theae Sinensis Pecco vel Congo *P.* 20
Aquae communis *P.* 120.

Ebulliant per horae quadrantem. Liquor adhuc calens coletur. Residuum denuo cum aquae quantitate dimidia coque, tum cola.

Liquores obtenti evaporando inter continuam agitationem ad extracti densioris spissitudinem redacti calore balnei vaporis cum
Amyli Marantae *P.* 2
Cacao praep. *P.* 3
exacte commisceantur et calore eodem inter agitandum per horam unam exsiccentur. Massam refrigeratam in pulverem redige et bene serva.

**Pasta gummosa (alba).**
Pasta Althaeae. Massa cum Gummi.

Rp. Gummi Arab. albissimi,
[1] Sacchari albi āā *P.* 200.
Mixtis et in pulverem subtiliorem redactis admisce inter assiduam agitationem ope spathulae ligneae
Albuminis Ovorum gallin. recent. *P.* 300,
quae in spumam densiorem conquassatae sunt, et
Aquae Aurantii flor. *P.* 10
Elaeosacchari Aurantii flor. *P.* 1.

In lebetem, balneo vaporis (caloris 60—70° C.) impositum immissa miscela inter assiduam agitationem evaporetur, donec massae aliquantulum exemtum a spatula mota non amplius defluat. Massa in capsulas papyraceas effundatur, calore 40° C. non superante in hypocausto collocata exsiccetur, postremum in taleolas scissa in scatulis e lamina alba confectis loco arido asservetur.

*Nota.* Si pastam densiorem efficere vis, Albuminis *P.* 200 sumantur.

Rp. Gummi Arabici,
[2] Sacchari optimi āā *P.* 200.
Solve in
Aquae destill. frigid. *P.* 600.
Liquor subsidendo colandoque depuratus in lebete cupreo, in balneo vaporis collocato, spathula lignea agitando, ad mellis spissitudinem evaporetur, tum addantur
Albuminis ovor. recent. *P.* 150
in spumam densam redactae. Inter continuam agitationem leni calore evaporentur, donec aliquantulum exemtum a spathula mota difficulter defluat. Postremum, admixta
Elaeosacchari Aurantii Flor. *P.* 1,
massa in capsulas chartaceas infundatur et loco calido exsiccetur, tum e capsulis exemta et in taleolas scissa loco sicco servetur. *(Ph. Germanica.)*

*Nota.* Ad 2000,0 g. mixturae e Sacch. et Gummi Arab. ana partibus sufficiunt albumina ovorum viginti quinque ad triginta.

**Pasta Helicum**
(s. Limacum).

Rp. Helicum Pomat. viv. q. v.
Ad pultem contusae exprimantur.
Juris sic obtenti gelatinosi *P.* 60
Gummi Arab. pulv. *P.* 10
Sacchari albi pulv. *P.* 20
exacte misceantur, tum calore balnei vaporis evaporentur, usque dum massa manibus non amplius adhaereat. Denique ex massa formentur pastae oblongae vel quadratae, quae, ne chartae adhaereant, Amylo conspergantur, leni calore super charta exsiccentur, et in scatulis e lamina alba confectis loco sicco serventur.

**Pasta Jujubarum.**
Loco Trochiscorum ex Jujubis.

Rp. Dactilorum a seminibus liberatorum
Passularum minorum
Jujubarum āā *P.* 10.
Contusas coque cum
Aquae fervidae *P.* 80
per horam unam, tum exprimendo cola. Colaturae admisce
Sacchari albi *P.* 230
Albuminis ovi *P.* 10.
Coque et despuma. Syrupo limpido, admixtis
Mucilaginis G. Arabici *P.* 900,
coquere inter lenem agitationem perge,

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0564-0
DFG

interdum spumam auferendo, donec gutta laminae metallicae frigidae instillata commota fluere desinat. Massam tum infunde in capsulas e lamina alba confectas, quae Olei Amygdalarum pauxillo superlitae sunt, et calore hypocausti 35° C. non superante exsicca. Massa siccata, ab oleo forsan adhaerente detergendo liberata et in taleolas dissecta servetur.

## Pasta Jujubarum pellucida.

Pasta gummosa pellucida s. flava. Massa de Jujubis.

Rp. Jujubarum *P.* 50
Aquae destill. *P.* 350.

Coquantur. In colatura frigida filtrata solve agitando seponendoque
Gummi Arabici *P.* 300
Sacchari albi *P.* 200.

Admixtis
Aquae Naphae triplicis *P.* 20,

liquor calore balnei vaporis per horam unam calefiat. Pellicula exorta rejecta, evapora ad syrupi spissi consistentiam. Dein massam pellucidam infunde in cistas papyraceas, quae in cistis e lamina ferrea stannata confectis collocatae sunt, et loco tepido exsicca. Postea charta tabulis pastae adhaerens humectando aqua fervida resolvatur. *(Ph Gall.)*

## Pasta Lichenis Islandici.

Rp. Gummi Arabici *P.* 100
Sacchari albi *P.* 80
Lichenis Islandici ab amaritie liberati *P.* 20
Aquae Aurantii flor. *P.* 5
Aquae fontanae q. s.

Decoctum Lichenis, admixtis Gummi Saccharoque, leni calore ad spissitudinem densiorem mellis redigatur et massa in tabulam marmoream, Oleo Amygdalarum illitam, infundatur, post refrigerationem in taleolas dissecta siccetur et servetur. *(Ph. Belg.)*

## Pasta Liquiritiae.

Pasta Glycyrrhizae flava. Massa cum succo Glycyrrhizae. Pasta gummosa fusca.

Rp. Sacchari albi
[1] Gummi Arab. āā *P.* 25.

Contusas et mixtas solve leni calore in
Aquae destill. *P.* 60.

Colaturae calidae adde
Gelatinae siccae albae *P.* 5
Solutionis Succi vel Extracti Liquiritiae q. s.,

ut syrupus colorem flavidum adipiscatur. Tum leni ebullitione coque, non agitando et spumam sordidam initio prodeuntem auferendo. Coquere perge, donec gutta, disco porcellaneo instillata, commota fluere desinat. Denique massam, postquam bullae evanuerint, remota pellicula, in capsulas planas e lamina alba confectas et Oleo Amygdalarum parce superlitas, vel in capsulas chartaceas infunde et loco tepido siccatam in taleolas scinde. Si superficies massae sicca non nitet, eam bene detersam Mucilagine Gummi Arabici paulum Sacchari continente illine, postremum sicca.

Rp. Radicis Liquiritiae conc. *P.* 1.
Superfusam
[2] Aquae destill. *P.* 20

macera per horas duodecim, tum cola et filtra. In liquore filtrato et
Aquae destill. *P.* 10

diluto solvantur
Gummi Arabici aqua loti *P.* 15,
Sacchari optimi *P.* 9.

Solutione peracta, liquor per manicam laneam fundatur et in balneo vaporis per horam unam calefiat, tum pellicula orta remota in balneo vaporis porro sine agitatione evaporetur, donec gutta laminae metallicae frigidae instillata gelatinae spissae instar indurescat. Tum massa, detracta pellicula, in cistulas chartaceas, aliis cistulis e ferro stanno obducto confectis impositas, infundatur, leni calore satis exsiccetur, dein a cistulis chartaceis vaporum aquae ope separata et in taleolas scissa satis exsiccetur. Sit coloris e fusco flavi, diaphana, ab empyreumate libera. In vasis bene clausis loco sicco servetur. *Ph. Germanica.*

*Ph. Austr.* Succi Liq. dep. 120,0, Gummi Arab. et Sacch. ana 1000,0. Solve in Aq. dest. q. s. Cum albumine ovorum viginti fiat leni calore evaporanda pasta, cui sub finem fructus Vanillae 2,0 cum Sacchari 15,0 contrita addenda sunt. In tabulas scissa pasta servetur.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0565-6

*Pâte de Réglise brune Ph. Gall.*

Rp. Succi Glycyrrhizae Calabri-
[3] ci 100,0
Gummi Senegal. 1500,0
Sacchari albi 1000,0
Aquae filtratae 2500,0
Extracti Opii 0,75.

In aqua frigida primo Succus solvatur, dein in colaturam Gummi Arabicum atque Saccharum immittantur, et eo modo opereris, qui antea praeceptus est. Grammata centena pastae continent circiter Centigrammata 2 Extracti Opii. *Ph. Gall.*

Pasta Liquiritiae fusca s. nigra.

Paretur simili modo, quo Pasta Glycyrrhizae flava, nisi quod sumuntur:
[4] Gummi Senegalensis 3000,0
Sacchari albi 2000,0
Succi Liquirit. dep. 500,0
Aquae destill. 3500,0.
*Ph. Gall.*

## Pasta oxymanganica.

Pasta desinfectoria.
Unguentum Kali hypermanganici.

Rp. Boli albae *P.* 10.
Affunde
Aquae communis fervidae *P.* 50
Acidi nitrici crudi *P.* 5.

Digere per diem unum, dein massam in filtrum ingere et quod in filtro remanet, aqua destillata assidue elue, quamdiu liquor defluens chartam exploratoriam rubram reddit. Bolus hoc modo depurata calore balnei aquae siccetur. Ad parationem pastae oxymanganicae:

rp. Boli depuratae *P.* 15
Kali hypermanganici *P.* 2.
Conterendo mixtis affunde
Aquae destillatae *P.* 30

vel q. s., ut fiat pasta mollior, quae detur in ollas obturandas. Pasta haec ad vulnera ulcerosa et purulenta applicanda est.

## Pasta pectoralis balsamica.

*Pâte pectorale balsamique de Regnault.*

Rp. Specierum pectoralium *P.* 60.
Affunde
Aquae fervidae *P.* 300.

Stent per horam dimidiam, tum exprimendo cola. Liquori decanthato admisce
Gummi Arab. pulv. *P.* 400
Sacchari albi pulv. *P.* 350
Tincturae Balsami Tolut. *P.* 3.
Leni calore fiat pasta.

## Pasta pectoralis

Baudryi.

Rp. Gummi Arabici *P.* 3000
Sacchari albi *P.* 2050
Lactucarii Gallici *P.* 10
Balsami Tolutani *P.* 40
Elaeosacchari Citri *P.* 20
Albuminis Ovi in spumam redacti *P.* 100
Extracti Liquiritiae e radice *P.* 40
Aquae Naphae q. s.

M. lege artis, ut fiat pasta homogenea, consistentiae pastae Liquiritiae.

## Pasta pectoralis

Georgei.

*Pâte pectorale de George.*

Paretur aequali modo, quo Pasta Liquiritiae e
Gummi Arabici 120,0
Sacchari albi 80,0
Radicis Liquiritiae 2,5
Aquae destill. q. s.
Solutis et calefactis addantur
Magnesiae ustae 2,5
contrita cum
Infusi Liquiritiae 7,5,
deinde
Morphini hydrochlorici 0,05
solutum in
Aquae destill. 2,0.

Mixtura inter agitationem evaporetur ad justam consistentiam, ut massam Amylo conspersam ope cylindri lignei in placentas tenues redigere possis. Ope cultri formentur tabulae parvae (pastilli) rhombicae, quae siccentur.

## Pasta Zinci

Unna.

Rp. Zinci oxydati *P.* 10
Terrae siliceae *P.* 2
Adipis benzoïnati *P.* 28.
L. a terendo misce.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0566-2

**Pasta Zinci mollis**
Unna.

Rp. Calcariae carbonicae
Zinci oxydati
Olei Lini
Aquae Calcis $\widehat{aa}$ *P.*
Misce l. a.

**Pasta Zinci et Stibii chlorati.**
Pasta Chlorati zincici et stibici. Pasta antimonialis Canquoini.
*Pâte antimoniale de Canquoin.*

Rp. Zinci chlorati 4,0
Liquoris Stibii chlorati 3,0
Farinae triticeae 15,0
Aquae destill. q. s.
M. Fiant magdaleones.

**Pasta Zinci sulfurata**
Unna.

Rp. Zinci oxydati *P.* 6
Sulfuris praecipitati *P.* 4
Terrae siliceae *P.* 2
Adipis benzoïnati *P.* 28.
Conterendo l. a. misce.

**Pasta Zinci vulgaris**
Unna.

Rp. Gelatinae albae
Zinci oxydati $\widehat{aa}$ *P.* 3
Glycerinae *P.* 5
Aquae destill. *P.* 9.
Misce. Fiat gelatina ponderis *P.* 20, quibus, si vis, admiscere potes aut
Sulfuris praecipitati *P.* 1,
aut
Ammonii sulfoichthyolici
*P.* 1/2—1.

**Pastilli** s. **Trochisci** s. **Tabellae** *(Lozenges)*

sunt placentae siccae rotundae, plerumque ponderis 5—15 Decigrammatum, magnitudinis variae et formae orbiculatae vel placentarum rotundarum. Pondus normale pastilli unius explet gramma unum.

Sint 2 ad 4 Millimetra crassi.

Substantiae ad conglutinandam massam Pastillorum sunt Tragacantha, Gummi Arabicum, Glutinum amylaceum, Cacao praeparatum, Radix Althaeae, quorum semper minimae copiae adhibeantur. Confer: Trochiscos.

Exempla componendi massas ad Pastillos sunt haec:

Rp. Saccharum, cui substantia me-
[1] dicamentosa admixta est.
Admixta parva quantitate Sacchari Spiritu diluto paululum irrorati, inter pressionem fortem pastilli formentur.

Rp. Substantiae medicament. *x*
[2] Sacchari pulv. 1000,0
Tragacanthae subt. pulv. 1,0
Glycerinae 20,0
Aquae frigidae q. s.
M. Trochisci ex hac massa parati post exsiccationem sunt minus duri.

Rp. Substantiae medicament. *x*
[3] Sacchari pulv. 1000,0
Tragacanthae subt. pulv. 5,0
Glycerinae 30,0
Aquae frigidae q. s.
M.

Rp. Substantiae medicament. *x*
[4] Sacchari pulv. 900,0
Amyli pulv. 100,0
Gummi Arabici pulv. 20,0
Aquae frigidae q. s.
M.

Rp. Substantiae medicament. *x*
[5] Pastae Cacao saccharat. 1000,0
Tragacanthae pulv. 2,0
Aquae calidae q. s.
M. leni calore etc.

Rp. Massae Cacao vel Cacao praep.
[6] 100,0.
Leni calore mollitis admisce
Substantiae medicament. *x*
antea cum
Sacchari pulv. 50,0—80,0
commixtum. Massam adhuc calidam et mollem l. a. in pastillos redige.

Rp. Massae Cacao 100,0
[7] Sacchari pulverati 50,0.
Mixtis et leni calore mollitis admisce
Substantiae medicament. *x*
antea cum
Sacchari pulv. 10,0
commixtum. Massam adhuc calidam et mollem l. a. in pastillos redige.

Asserventur Pastilli siccati in scatulis e lamina alba confectis, loco sicco.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0567-8
DFG

## **Pastilli** vel **Trochisci** (Conf. Trochisci).

| Nomina Pastillorum | Singuli Pastilli continent: Milligr. | Singuli Pastilli continent: Grammat. | Constituens est |
|---|---|---|---|
| Pastilli Acidi citrici | 50 | 0,05 | Sacch. |
| „ „ citrici | 25 | 0,025 | id. |
| „ „ tannici | 25 | 0,025 | id. |
| „ Aconitini | 1 | 0,001 | Cacao |
| „ Aluminis | 15 | 0,015 | Sacch. |
| „ Argenti nitrici | 10 | 0,01 | Cacao |
| „ Atropini valerianici | 1/2 | 0,0005 | id. |
| „ Auro-Natrii chlorati | 2 | 0,002 | id. |
| „ Balsami de Tolu | 75 | 0,075 | Sacch. |
| „ Bismuthi carb. | 300 | 0,3 | Cacao |
| „ Bismuthi subnitr. | 50 | 0,05 | id. |
| „ Calcariae hypochlorosae | 50 | 0,05 | id. |
| „ Calcariae phosphoricae | 150 | 0,15 | id. |
| „ Calcariae phosphoricae | 300 | 0,3 | id. |
| „ Calomelanos | 30 | 0,03 | Sacch. |
| „ Calomelan. c. Stib. sulf. aurato aa | 15 | 0,015 | id. |
| „ Carbonis veget. | 250 | 0,25 | Cacao |
| „ Carbonis Belloci | 1500 | 1,5 | M. Trag. |
| „ Chinini sulfurici | 30 | 0,03 | Cacao |
| „ Chinini sulfurici | 60 | 0,06 | id. |
| „ Chinini tannici | 60 | 0,06 | Sacch. |
| „ Cinchonini sulf. | 30 | 0,03 | Cacao |
| „ Cinchonini sulf. | 60 | 0,06 | id. |
| „ Coccionellae | 25 | 0,025 | id. |
| „ Coccionellae | 50 | 0,05 | id. |
| „ Coffeïni (citrici) | 50 | 0,05 | Sacch. |
| „ contra tussim (Acid. benz. et Acid. tannic. aa) | 10 | 0,01 | id. |
| „ Daturini | 1/2 | 0,0005 | Cacao |
| „ Digitalini | 1/2 | 0,0005 | Cacao |
| „ Ergotini s. Extracti Secalis | 100 | 0,1 | id. |
| „ Extr. Cannab. Ind. | 50 | 0,05 | id. |
| „ Extr. Secalis cornuti spirituosi | 15 | 0,015 | Cacao |
| „ Ferri carb. sacch. | 50 | 0,05 | id. |
| „ Ferri carb. sacch. | 100 | 0,1 | id. |
| „ Ferri carb. sacch. | 200 | 0,2 | id. |
| „ Ferri hydrog. reducti | 50 | 0,05 | id. |

| Nomina Pastillorum | Singuli Pastilli continent: Milligr. | Singuli Pastilli continent: Grammat. | Constituens est |
|---|---|---|---|
| Pastilli Ferri hydrog. red. | 100 | 0,1 | Cacao |
| „ Ferri jodati saccharat. | 100 | 0,1 | id. |
| „ Ferri jodati saccharat. | 250 | 0,25 | id. |
| „ Ferri lactici | 50 | 0,05 | id. |
| „ Ferri oxydati fusci | 50 | 0,05 | id. |
| „ Ferri pulverati | 100 | 0,1 | id. |
| „ Ferri pyrophosphorici oxydati | 125 | 0,125 | id. |
| „ Ferri sulfurici | 50 | 0,05 | id. |
| „ Ferro-Natri pyrophosph. | 100 | 0,1 | id. |
| „ Hydrargyri jodati flavi | 15 | 1,015 | id. |
| „ Hydrargyri stibiati sulfurati | 200 | 0,2 | id. |
| „ Hydrargyri sulfurati nigri | 200 | 0,2 | Sacch. |
| „ Ipecacuanhae | 5 | 0,005 | Cacao |
| „ Kalii jodati | 50 | 0,05 | id. |
| „ Kalii jodati | 250 | 0,25 | id. |
| „ Lithoni carbonici | 50 | 0,05 | Sacch. |
| „ Magnesiae carb. | 200 | 0,2 | Cacao |
| „ Magnesiae carb. | 400 | 0,4 | id. |
| „ Magnesiae ustae | 100 | 0,1 | id. |
| „ Morphini acetici | 5 | 0,005 | Sacch. |
| „ Natri bicarbonici | 100 | 0,1 | Sacch. |
| „ Natri bicarbonici | 150 | 0,15 | id. |
| „ Natri bicarbonici | 300 | 0,3 | id. |
| „ Opii | 5 | 0,005 | Cacao |
| „ Opii | 10 | 0,01 | id. |
| „ Picrotoxini | 3 | 0,003 | id. |
| „ Rhei | 200 | 0,2 | Sacch. |
| „ Santonini | 50 | 0,05 | Cacao |
| „ Santonini | 25 | 0,025 | id. |
| „ Stibii sulf. nigri | 200 | 0,2 | id. |
| „ Stibii sulf. aurantiaci | 15 | 0,015 | id. |
| „ Sulfuris depur. | 200 | 0,2 | Sacch. |
| „ Sulfuris praec. | 200 | 0,2 | id. |
| „ Tartari stibiati | 10 | 0,01 | Cacao |
| „ Tartari stibiati | 50 | 0,05 | id. |
| „ Zinci oxydati | 30 | 0,03 | Cacao |
| „ Zingiberis | 125 | 0,125 | Sacch. |

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0568-4 DFG

**Pastilli Acidi benzoici.**

Rp. Acidi benzoïci 24,0
Sacchari pulv. 750,0
Gummi Acaciae 30,0
Mucilag. Gummi Acaciae 60,0
Aquae destill. q. s.
Misce l. a. Fiant pastilli 720. *Ph. Brit.*

**Pastilli Acidi citrici.**

Tabellae Citri. *Pastilles pour la soif.*

Rp. Acidi citrici 25,0
Sacchari pulv. 1000,0
Tragacanthae subt. pulv.
Gummi Arabici $\widehat{aa}$ 2,5
Olei Citri Cort. 1,5
Aquae destillatae q. s.
M. f. pastilli, quorum singuli contineant 25 Milligrm. Acidi. Lenissimo calore siccentur.

Eodem modo parentur

**Pastilli Acidi tartarici.**

**Pastilli Acidi tannici.**

Trochisci Acidi tannici.

Rp. Acidi tannici 12,5.
Solutis in
Aquae dest. fervidae 15,0
adde
Tincturae Bals. Tolutani 7,5.
Dein admisce
Sacchari albi pulv. 600,0
Tragacanthae pulv. 2,0
Aquae destill. q. s.,
ut fiat pasta, ex qua formentur pastilli, quorum singuli contineant 0,025 Gm. Acidi tannici.

Siccentur in aëre ab Ammonio plane libero. In vitris clausis serventur.

*Ph. U. St.* Trochisc. 100 parentur ex Acidi tannici 6,5, Sacch. 65,0, Tragacanth. 1,6 et Aq. Aurant. flor. q. s.

*Ph. Brit.* Acidi tann. 24,0, Sacch. 750,0, Tinct. Bals. Tolutan. 15,0, Gummi Acaciae 30,0, Mucil. G. Acac. 60,0, Aq. dest. 30,0. Fiant 720 pastilli.

**Pastilli Albuminis jodati.**

Rp. Jodi 1,0.
Solve lenissimo calore in
Spiritus Vini rectfss. 10,0.
Liquorem commisce inter agitationem cum
Albuminis ovi 100,0.
Post horam unam admisce
Sacchari albi pulv. 50,0.
Massa loco calido exsiccetur, tum ad pulverem redigatur, qui leni calore cum
Pastae Cacao 45,0
exacte commisceatur. Fiant pastilli ponderis circiter Gramm. 4,0 vel Nr. 25, quorum singuli contineant 4 Centigm. Jodi.

**Pastilli Ammonii chlorati.**

Trochisci Ammonii Chloridi.

Rp. Ammonii chlorati 13,0
Sacchari albi 65,0
Tragacanthae 1,6
Syrupi Bals. Tolutani q. s.
Misce. Fiant pastilli centum (100). *Ph. U. St.*

**Pastilli Amyli jodati.**

Tabellae Jodureti Amyli.

Rp. Amyli jodati 10,0
Gummi Arabici 1,5
Sacchari albi 100,0.
M. f. l. a. pastilli 200. Singuli pastilli contineant Amyli jodati Centigrammata quina.

**Pastilli antatrophici.**

Rp. Calcariae phosphoric. 10,0
— carbonicae 5,0
Ferri hydrogenio reducti 1,5
Massae Cacao sacch. 35,0.
M. f. l. a. pastilli 50. Pastilli singuli contineant 0,03 Gm. Ferri (atrophia, *gegen Abzehrung*).

**Pastilli antibranchici**
(Sendneri).

Pastilli cantorum et cantricium raucescentium. Pastilli viatorum. *Reisepastillen. Heiserkeitspastillen. Erfrischungspastillen.*

Rp. Cocaïni hydrochlorici
Coffeïni $\widehat{aa}$ 7,5
Tragacanthae pulv.
Rad. Liquiritiae pulv. $\widehat{aa}$ 20,0
Saccharinae 1,5
Sacchari albi pulv. 200,0
Glycerinae 62,5

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0569-2 DFG

Olei Menth. pip. 3,0
Aquae destill. 10,0.
Mixtis adde
Carmini rubri 0,1
contrita cum
Liq. Ammonii caust. 0,3
Syrupi Sacchari 5,0.

Fiat massa pastiformis, ex qua pastilli trecenti (300) formentur. Pastilli per horas decem aëri expositi (Lycopodio conspersi) in vitris obturatis serventur.

*Dosis:* Pastillus unus pro die plerumque sufficit ad raucedinem levem vel raucitatem demendam. Si opus est, mane et ante vesperem pastilli singuli sumantur. Cantrix pastillum dimidium sumat, si medicus concedit.

Viatores in regione montana pastilli tres (rare quatuor) per diem (multo mane, horis duabus post mane, post meridiem vel horis quatuor ante vesperem) sumant, nunquam vespere. Vis est animans, recreans, excitans. Singuli pastilli continent Coffeïni et Cocaïni salis 0,025 gm. (Pastilli decem dosin aliqua ex parte periculosam praebeant.)

In forma bacillorum huic massae nomen imponitur:

## Bacilla animantia;

*Animatbacillen; Belebende Bacillen.*

## Pastilli antiherpetici

Kleinhansii.

Rp. Arsenii jodati 0,3
Herba Conii 0,6
Cassiae cinnamom. 0,2
Rhizomatis Zingiberis 0,2
Corticis Aurantii 0,4
Sacchari albi 15,0
Mucilaginis Amyli q. s.

Misce. Fiant pastilli triginta (30).
*Dosis:* Mane et vespere pastillus.

## Pastilli Bilinenses.

*Pastilles digestives de Bilin.*

Rp. Natri bicarbonici 100,0
Sacchari pulv. 1000,0
Tragacanthae 5,0
Aquae destillatae q. s.

M. f. pastilli (1000), quorum singuli contineant 10 Centigrammata Natri bicarbonici.

## Pastilli Bismuthi.

Tabellae Subnitratis Bismuthi.

Rp. Bismuthi nitrici praecipitati 10,0
Magnesiae hydrico-carbonicae 12,5
Calcariae carbonicae 25,0
Sacchari albi pulv. 200,0
Tragacanthae pulv. 2,0
Olei Cass. cinnam. 0,5
Aquae dest. calidae q. s.

M. f. pasta, ex qua formentur pastilli (100), quorum singuli contineant Bismuthi nitrici praecipitati 0,1 Gm.

*Ph. Gall.* Bismuthi subnitrici 100,0, Sacchari 900,0, Mucil. Tragacanth. 90,0. Fiant pastilli 1000.

*Ph. Brit.* Bismuthi subnitratis 95,0, Magnes. subcarb. 120,0, Calcar. carbonic. praecipitat. 180,0, Sacch. 870,0, Gummi Acaciae 30,0, Mucilag. G. Acaciae 60,0, Aq. Rosae q. s. M. f. pastilli 720. Singuli contineant 0,13. Bismuthi subnitrici.

## Pastilli boracini.

Tabellae cum Borate sodico. Pastilli Boracis.

Rp. Boracis 100,0
Sacchari albi 900,0
Tragacanthae 2,5
Aquae 60,0
Tinct. Benzoës 10,0.

M. f. pastilli mille, ut singuli contineant 0,1 Boracis. *Ph. Gall.*

## Pastilli Buissoni.

*Pastilles de Buisson.*

Rp. Magnesiae lacticae
Natri lactici $\widehat{aa}$ 10,0
Tragacanthae pulv. 0,25.
Sacchari pulv. 100,0.

M. f. pastilli centum (100).

## Pastilli Calabrici.

Tabulae mannatae (Manfredi). Pastilli anticatarrhales. *Pastilles de Calabre.*

Rp. Radicis Althaeae 100,0.
Affunde
Aquae frigidae 2000,0.

Macera per horas tres et cola. In colatura solve
Mannae optimae 250,0

et post quisquiliarum sedimentationem per pannum laneum funde. In liquore limpido solve

Sacchari albi 3000,0
Extracti Opii 1,0.

Tum ad spissitudinem electuarii densioris evaporando liquorem redige et, admixtis

Aquae Naphae triplicis 100,0
Elaeosacchari Citri flavedinis 25,0

antea calefactis, massam spissescentem in lapidem Oleo Amygdalarum tersum affunde et refrigeratam in tabulas scinde. Tabula sit ponderis circiter 3,0 vel 4,0. Gm.

### Pastilli Calcariae hypochlorosae

Deschampsi.

Rp. Calcariae hypochlorosae 10,0
Sacchari pulv. 200,0
Amyli 5,0
Tragacanthae 0,25
Coccionellae pulv. 0,2
Aquae destillatae q. s.

M. f. pastilli (50), quorum singuli contineant 0,2 Gm. Calcariae hypochlorosae.

### Pastilli Calcariae hyposulfurosae.

Rp. Calcariae hyposulfurosae 10,0
Tragacanthae pulv. 1,0
Sacchari albi pulv. 250,0
Olei Menthae pip. q. s.

M. f. pastilli (200), quorum singuli Centigrammata quina Calcariae hyposulfurosae contineant.

### Pastilli Calomelanos.

Tabellae Hydrargyri chlorati mitis.

Rp. Calomelanos vapore parati 5,0
Sacchari albi 90,0
Carmini rubri 0,05
Mucilaginis Tragacanthae 10,0

M. f. pastilli centum, ut singuli 0,05 Calomelanos contineant. *Ph. Gall.*

### Pastilli Camphorae.

Rp. Camphorae tritae 1,0
Sacchari albi 9,0
Spiritus absoluti 3,0.

Conterendo mixtis adde

Sacchari albi 5,0
Tragacanthae 0,5
Glycerinae 1,0
Aquae q. s.

Misce conterendo, ut fiat pasta, ex qua pastilli viginti (20) formentur.

S. In horis vel bihorio pastillus sumatur.

### Pastilli carnei.

*Pastilles de musculine, de Guichon.*
*Fleischpastillen.*

Rp. Carnis muscularis recentis taurinae, a pinguedine tendinibusque cum cura liberatae 1000,0.

Minutim concisis contusisque admisce

Salis culinaris 30,0
Piperis nigri pulv. et
Rad. Zingiberis pulv. $\widehat{aa}$ 2,0
Sacchari albi pulv. 150,0
Panis bis cocti albi pulv. q. s.,

ut fiat massa, ex qua pastilli (250) formentur, quorum singuli pastilli loco tepido siccati contineant circiter carnis 4,0 Gm.

### Pastilli Catechu.

*Grains ou Tablettes de Cachou.*

Rep. Catechu depur. pulv. 10,0
Sacchari pulv. 50,0
Tragacanthae pulv. 0,25
Elaeosacchari Aurant. flor. 5,0.

M. f. pastilli 100. Singuli contineant 0,1 Gm. Catechu. *(Ph. Gall.)*

*Ph. U. St.* 100 pastilli praeparentur e Catechu 6,5, Sacch. 65,0, Tragacanth. 1,6, Aq. Aurant. flor. q. s.

*Ph. Brit.* Pastilli singuli continentur 0,06 Catechu.

### Pastilli Cocaïni

(vanillati).

Rp. Cocaïni hydrochlorici 4,0
Vanillinae 0,2
Spiritus Vini 1,0.

Conterendo mixtis adde

Tragacanthae pulv. 2,0
Sacchari albi 200,0
Aquae destill. 18,0.

Fiant pastilli ducenti (200), quorum

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0571-9 DFG

singuli contineant 0,02 Cocaïni hydrochlorici. *Dosis:* Past. 1—2—3.

### Pastilli Conchinini tannici.

*Schutzpastillen für Kinder.*

Rp. Conchinini tannici 10,0
Magnesiae subcarbonicae 1,0
Sacchari 30,0
MassaeCacao saccharatae 50,0
Glycerinae purae 10,0.

M. f. pastilli centum. *Dosis:* Pastill. 1—2 bis, ter, quaterve per diem (dysphoria infantum, diarrhoea, vulneratio, ut inflammatio et morbus prohibeantur).

### Pastilli Cretae *Ph. U. St.*

Trochisci Calcii carbonici nativi.

Rp. Cretae praeparatae 26,0
Gummi Arabici 6,5
Sem. Myristicae 1,0
Sacchari albi 39,0
Aquae Aurantii flor. q. s.

Misce. Fiant pastilli centum (100).

### Pastilli Cubebae.

Trochisci Cubebarum.

Rp. Oleoresinae Cubebae 3,25
Olei Sassafras 1,0
Extracti Liquirit. 26,0
Gummi Arabici 13,0
Syrupi Bals. Tolutani q. s.

Mice. Fiant pastilli centum (100). *Ph. U. St.*

### Pastilli desinfectorii medicorum.

Pastilli (Bacilla) manducandi desinficientes. *Desinficirende Kaupastillen (Kaubacillen) für Aerzte und Personen, welche an Diphtheritis Leidende pflegen.*

Rp. Cerae flavae 30,0
Colophonii 6,0.

Leni calore colliquatis immisce

Balsami Tolutani 10,0
Pulveris aromatici 5,0
Saccharinae 0,3
Sacchari albi 30,0
Acidi benzoïci 7,5

conterendo in pulverem redacta et aromatisata addendo

Olei Naphae *guttas* 5
Olei Cinnamomi *gutt.* 10
— Menth. pip. *gutt.* 3
Kreosoti veri 2,5.

Massam semirefrigeratam in pastillos vel bacilla centum (100) redige et in vitris clausis serva. Medicus et persona, quae aegrotum diphteride affectum curat, pastillum vel bacillum unum in os inducit et per horam dimidiam manducat, dein exspuit.

### Pastilli diabeticorum.

Trochisci antidiabetici. Trochisci Saccharini.

Rp. Saccharinae 10,0
Natri carbonici dilapsi 7,5
Mannitae 160,0
Glycerinae 10,0
Aquae Naphae q. s.

Misce. Fiant pastilli trecenti (300). Lapide speculari praeparato conspergantur. Pastillus unus ad dulcificationem infusi Coffeae, quod pocillum ansatum complet, sufficit.

### Pastilli digestivi.

Tabellae s. Tabulae digestivae.

Rp. Sacchari albi 2000,0
Natri bicarbonici 100,0.

Pulveratis mixtisque adde

Olei Menthae pip. 2,0
Tragacanthae 5,0
Aquae destill. q. s.

M. f. pastilli 2000. Siccentur loco tepido. Pastilli singuli contineant 5 Centigrammata Natri bicarbonici.

### Pastilli expectorantes.

Trochisci expectorantes.

Rp. Extracti Hyoscyami
Stibii sulf. aurant. aa 10,0
Opii pulverati 1,0
Sacchari albi 250,0
Tragacanthae 2,0
Aquae dest. q. s.

M. Fiant pastilli 400. Singuli contineant 0,025 Gm. Extracti Hyoscyami.

### Pastilli Ferri citrici.

Tabellae Citratis ferrici.

Rp. Ferri citrici 50,0
[1] Sacchari 1000,0
Gummi Arabici pulv. 10,0

Tragacanthae pulv. 1,0
Aquae destill. q. s.
M. f. pastilli (1000), quorum singuli contineant 5 Centigramm. Ferri citrici.

Praeceptum Bouchardat:
Rp. Ferri citrici
[2] Acidi citrici aa 50,0
Sacchari 1000,0
Aquae q. s.
Fiant pastilli ponderis 0,5 grammatis.
S. Per diem 5—6 pastilli.

**Pastilli Ferri jodati.**
Tabellae Jodureti Ferri.
Rp. Ferri jodati saccharati 50,0
[1] Tragacanthae pulv. 2,0
Mellis 20,0
Sacchari 200,0.
M. f. pastilli (200), quorum singuli contineant 0,25 Gm. Ferri jodati saccharati.
Rp. Ferri sulfurici cryst. 11,0
[2] Sacchari albi 20,0.
In pulverem subtilissimum conterendo redige et commisce cum
Kalii jodati 12,5 et
Sacchari albi 25,0,
seorsim pulveratis et commixtis. Tum miscela addendo
Massae Cacao sacch. 300,0
antea leni calore emollita l. a. in pastillos (450) redigatur, quorum singuli contineant 0,025 Gm. Ferri jodati. Part. 12 Kalii jodati praebent circiter partes 11 Ferri jodati.

**Pastilli Ferri lactici.**
Tabellae Lactatis Ferri.
Rp. Ferri lactici 50,0
[1] Tragacanthae 5,0
Sacchari 1000,0
Sacchari vanillati 30,0
Aquae destill. q. s.
M. f. pastilli (1000), quorum singuli contineant 5 Centigrammata Ferri lactici. *Ph. Gall.*
Rp. Ferri lactici 50,0
[2] Massae Cacao sacch. 1000,0.
M. l. a. f. pastilli 1000.

**Pastilli Ferrioxydi.**
Trochisci Ferri *Ph. U. St.*
Rp. Ferri oxydati hydrati, calore 80° C. non superante siccati 32,5
Vanillae 0,65
Sacchari albi 97,5
Mucilag. Tragacanth. q. s.
Misce. Fiant pastilli centum (100).

**Pastilli Ferro-Kali tartarici.**
Tabellae Tartratis ferrico-potassici.
Rp. Ferro-Kali tartarici 50,0
[1] Massae cacaot. sacch. 250,0
M. l. a. Fiant pastilli (100), quorum singuli contineant 0,5 Gm. Ferro-Kali tartarici.
*Tablettes ferrugineuses Ph. Gall.*
Rp. Tartari ferrati 5,0
[2] Sacchari albi 100,0
Vanillae saccharatae 3,0
Mucilag. Tragacanth. 10,0.
M. f. trochisci ponderis 1,0. *Dosis:* Infantibus ter per diem trochisci 2—3—5.

**Pastilli Guaranae.**
Rp. Extracti Guaranae 25,0
Sacchari albi 500,0
Elaeosacchari Vanillae 50,0
Pulveris aromatici 10,0
Tragacanthae 2,5
Aquae destill. q. s.
M. f. pastilli (1000), quorum singuli contineant 0,025 Gm. Extracti Guaranae.

**Pastilli imperiales.**
Pastilli aromatici viatorum. Tabulae viatorum. *Kaiserpastillen. Kraftpastillen für Reisende (Gebirgsreisende).*
Rp. Rhizomatis Zingiberis
— Galangae aa 4,0
— Calami 1,0
Cort. Cinnamomi Ceylan. 10,0
Caryophyllorum
Fruct. Cardamomi aa 2,0
— Anisi 4,0.
Subtilissime pulveratis mixtisque adde mixturam paratam ex
Olei Aurantii florum 0,4
— Citri cort. 1,2
Spiritus V. absoluti 10,0.
Tum immisce

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0573-0

Sacchari albi pulv. 300,0
Sacchari vanillati 30,0
Acidi citrici 5,0
Tragacanthae 2,0
Gummi Arabici 1,0
Glycerinae 40,0
Aquae destill. 15,0 vel q. s.

Misce. Fiant pastilli ducenti (200). Per dies duos aëri expositi in scatulis laminariis asserventur.

*Usus:* Remedium viatorum fatigatorum. Sumantur duo ad tres pastilli. (*Erquickendes Mittel für Gebirgsreisende. 2—3 Pastillen zu nehmen*).

## Pastilli contra Incontinentiam urinae

(Milletii).

Rp. Ferri pulverati 25,0
Secalis cornuti pulv. 3,0
Sacchari albi 100,0
Aquae destill. q. s.

M. f. pastilli (100). Singuli contineant 0,25 Grammatis Ferri.

*Dosis:* quini bis singulis diebus. Contra incontinentiam urinae ex anaemia proficiscentem.

## Pastilli Jodoformii.

Rp. Jodoformii 50,0
Sacchari 1000,0
Olei Menthae pip. 1,0
Tragacanthae 5,0
Aquae Rosae q. s.

M. f. pastilli (1000), quorum singuli contineant 5 Centigramm. Jodoformii.

## Pastilli Ipecacuanhae.

Trochisci s. Tabulae Ipecacuanhae.

Rp. Rad. Ipecacuanhae subt. pulv.
[1] 10,0
Tragacanthae pulv. 2,0
Sacchari albi 1000,0
Aquae destill. q. s.

M. Fiat massa, ex qua formentur pastilli 2000. Singuli contineant 0,005 Gm. Rad. Ipecacuanhae.

*Ph. U. St.* Rd. Ipec. 1,6, Tragac. 1,6, Sacch. 65,0, Syrupi Aurant. flor. q. s. Fiant 100 trochisci.

*Ph. Gall.* Rd. Ipec. 10,0, Sacch. 990,0, Tragac. 8,0, Aq. Flor. Aur. 60,0. Tabellae 1000.

*Ph. Austr.* Rd. Ipec. 1,0, Sacch. 50, Spir. dil. Fiant pastilli 50.

*Ph. Brit.* Singuli pastilli contineant 0,015 Rad. Ipec.

Pastilli Ipecac. ex infuso.

Rp. Radicis Ipecacuanhae 5,0
[2] Aquae destillatae 50,0

Digere per diem dimidum. Colaturam aquam addendo ad pondus 50,0 redactam misce cum

Glycerinae purae 75,0
Sacchari pulverati 915,0
Tragacanthae pulv. 10,0
Aquae destill. q. s. (30,0).

Misce. Fiant pastilli mille (1000). Pastilli siccati sint ponderis 1,0 Gm.

## Pastilli Kali chlorici.

Trochisci Potassii Chloratis.
*Pastilles au sel de Berthollet.*

Rp. Kali chlorici pulv. 50,0
Sacchari pulverati 500,0
Tragacanthae pulv. 1,5
Aquae Naphae q. s.

M. f. pastilli (500), quorum singuli contineant Decigramma unum Kali chlorici.

*Nota.* Kali chloricum ante mixtionem aqua humectetur!!!

*Ph. U. St.* Pastilli 100 parentur e Kalii chlorici 32,5, Sacch. 124,0, Tragacanth. 6,5, Spir. Limonis 0,65, Aquae q. s.

*Ph. Gall.* Kali chlorici 100,0, Sacch. 900,0, Tragacanth. 10,0, Aquae balsamo Tolutano aromatisatae 90,0. Singuli pastilli 0,1 Kali chlorici contineant.

*Ph. Brit.* Singuli pastilli contineant 0,3 Kali chlorici.

## Pastilli laxativi.

Trochisci purgativi.

Rp. Scammonii 10,0
Foliorum Sennae pulv. 20,0
Radicis Rhei pulv. 30,0
Pulveris aromatici 25,0
Sacchari pulv. 200,0
Pastae Cacao 50,0
Aquae Naphae q. s.

M. f. pastilli (400), quorum singuli contineant Scammonii 0,025 Gm.

*Dosis:* ad usum liberorum pastilli 1 ad 2, ad usum adultorum pastilli 3 ad 5.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0574-6 DFG

**Pastilli Magnesiae**
(carbonicae).
Tabellae antacidae.

Rp. Magnesiae hydrico-carbonicae 250,0
Massae Cacao sacch. 1000,0
M. f. pastilli (1000 vel 500), quorum singuli contineant 0,25 vel 0,5 Magnesiae hydrico-carbonicae.
*Ph. Gall.* Magnes. carb. 200,0, Sacch. 800,0, Mucilaginis Tragacanth. 120,0. Fiant pastilli 1000.

**Pastilli Magnesiae citrici.**

Rp. Magnesiae citricae 125,0
Sacchari albi pulv. 250,0
Elaeosacchari Citri 7,5
Tragacanthae pulv. 1,0
Aquae Naphae q. s.
M. f. pastilli (500 vel 250), quorum singuli contineant 0,25 vel 0,5 Gm. Magnesiae citricae. Siccentur colore non adhibito.

**Pastilli Magnesiae magni.**

Rp. Magnesiae ustae 100,0
Pastae Cacao Sacch. 300,0
M. f. pastilli, quorum singuli contineant Gramma unum Magnesiae.

**Pastilli Mannae.**
Tabellae Mannae. *Tablettes de Manne.*

Rp. Mannae dep. 20,0.
Solutis in
Aquae Naphae 7,5
adde
Gummi Arabici 5,0
Sacchari albi 75,0.
Fiant pastilli centum (100). *Dosis:* 5—10—15 pastilli bis per diem. *Ph. Gall.*

**Pastilli martiati.**

Rp. Ferri oxydati saccharati so-
[1] lubilis 100,0
Sacchari pulv. 500,0
Elaeosacch. Cass. cinnam. 20,0
Tragacanthae 2,0
Aquae destill. q. s.
M. f. pastilli (1000), quorum singuli contineant 0,1 Gm. Ferri oxydati saccharati solubilis.

Trochisci Ferri. Pastilli Ferri hydrogenio reducti. Trochisci Ferri redacti *Ph. Brit.*

Rp. Ferri hydrog. reducti 20,0
[2] Massae Cacao sacch. 200,0
Olei Cassiae cinnam. 1,0.
M. l. a. Fiant pastilli (200), quorum singuli contineant 0,1 Gm. Ferri.
*Ph. Brit.* Ferri reducti 48,0, Sacch. 750,0, Gummi Acaciae 30,0, Mucilag. G. Acaciae 60,0. M. f. pastilli 720.

**Pastilli Menthae.**
Trochisci Menthae piperitae.

Rp. Sacchari albi 1100,0
Tragacanthae subt. pulv. 1,0
Glycerini 10,0
Olei Menthae pip. 10,0
Aquae Menthae pip. q. s.
Misce. Fiant pastilli 1500, qui loco vix tepido siccentur.
*Ph. U. St.* Pastilli 100 parentur ex Ol. Menth. pip. 1,0, Sacch. 78,0, Mucilag. Tragacanth. q. s.

**Pastilli Ministrorum.**
*Pectorale suisse. Schweizer Brustkuchen.*

Rp. Radicis Iridis Florent.
Fructus Foeniculi
Fructus Anisi āā 10,0
Radicis Liquiritiae 15,0
Sacchari albi cocti et refrigerati 1000,0.
Subtilissime pulveratis admisce
Extracti Liquiritiae 100,0
Aquae Naphae q. s.
M. f. pastilli (planoconvexi) ponderis circiter 0,5 Gm., qui siccentur.

**Pastilli Morphini.**
Trochisci Morphinae *Ph. Brit.*

Rp. Morphini hydrochlorici 1,25
Tinct. Bals. Tolut. 15,0
Sacchari pulv. 720,0
Gummi Acaciae 30,0
Mucilag. G. Acaciae q. s.
Aquae destill. 15,0.
M. f. pastill. 720. *Ph. Brit. Dosis:* 1—6 pro die. Singulae contineant 0,00173 Morphini hydrochlorici.

**Pastilli Morphini acetici.**

Rp. Morphini acetici 10,0

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0575-2
DFG

Sacchari pulverati 1000,0
Tragacanthae pulv. 1,0
Glycerini 10,0
Aquae destill. q. s.

M. f. pastilli (2000), quorum singuli contineant 0,005 Gm. Morphini acetici.

## Pastilli Morphini cum Ipecacuanha.

Trochisci Morphinae et Ipecacuanhae.

Parentur aequali modo quo Pastilli Morph. acet., et addantur Radicis Ipecacuanhae subtilissime pulveratae 10,0 Gm.

*Ph. U. St.* Pastilli (200) parentur e Morph. sulfurici 0,32, Rd. Ipecac. 1,0, Sacch. 130,0, Olei Gaultheriae 0,13, Mucilag. Tragacanth. q. s.

*Ph. Brit.* Morph. hydrochlorici 1,25, Rad. Ipecac. 3,75, Tinct. Bals. Tolut. 15,0, Sacch. 720,0, Gummi Acaciae 30,0, Aq. dest. 15,0, Mucilag. G. Acaciae q. s. M. f. pastilli 720. *Dosis:* 1—6.

## Pastilli Morphini acetici cum Sulfure aurato.

Rp. Morphini acetici 5,0
Stibii sulfurati aurant. 25,0
Sacchari albi 1000,0
Tragacanthae 1,0
Glycerinae 10,0
Aquae destill. q. s.

M. Fiant pastilli (2000), quorum singuli contineant 0,0025 Morphini acetici.

## Pastilli Mudaris
(Casanovae).

Rp. Corticis rad. Mudaris*) 15,0
Sacchari 300,0
Mucil. Tragacanthae q. s.

M. f. pastilli (1000), quorum singuli contineant 15 Milligrammata Corticis radicis Mudaris.

## Pastilli Natri bicarbonici.

Trochisci Natri carbonici. Pastilli Sodii Bicarbonatis. *Tablettes ou Pastilles de Vichy ou d'Arcet. Pastilles d'Hauterive.*

Rp. Natri bicarbonici 250,0
Sacchari pulv. 750,0
Tragacanthae pulv. 1,5
Aquae destill. q. s.

*) Cf. Pilulae Mudaris.

M. f. pastilli (1000), quorum singuli contineant 0,25 Gm. Natri bicarbonici.

*Ph. U. St.* Pastilli 100 parentur e Natrii bicarb. 19,5, Sacch. 58,5, Sem. Myristic. 1,0, Mucilag. Tragacanth. q. s.

### Pastilli Vichyani.
*Pastilles alcalines de Vichy.*

Rp. Natri bicarbonici 50,0
Sacchari albi 1950,0
Tragacanthae pulv. 5,0
Aquae destillatae q. s.

Fiant pastilli ponderis unius Grammatis. Pastilli singuli contineant Milligrammata 25 Natri bicarbonici. *Ph. Gall.*

Ad parationem horum pastillorum aromaticorum immisceas Grammatis 2000 mixturae e Natro bicarbonico et Saccharo

| | | |
|---|---|---|
| aut Olei Anisi | Gm. | 0,25 |
| „ „ Citri | „ | 0,3 |
| „ „ Menthae pip. | „ | 0,2 |
| „ „ Naphae | „ | 0,1 |
| „ „ Rosae | „ | 0,1 |
| „ Tinct. Vanillae | „ | 0,6 |

*Ph. Austr.* Natri bicarb. 3,0, Sacch. 45,0, Olei Menthae pip. gutt. 2, Spirit. Vini q. s. M. f. pastilli 30.

*Ph. Brit.* Singuli contineant 0,3 Natri bicarbonici.

## Pastilli Natrii santonici.

Trochisci Sodii Santoninatis.

Rp. Natrii santonici 6,5
Sacchari albi 130,0
Tragacanthae 3,25
Aquae Aurantii flor. q. s.

Misce. Fiant pastilli centum (100). *Ph. U. St.*

## Pastilli nitroglycerinati
(Rossbach).

*Nitroglycerinpastillen.*

Rp. Nitroglycerini 0,1.
Solve in
Aetheris 5,0.

Hunc liquorem infunde in miscelam pulveream, miscendo paratam e
Cacao praeparati
Sacchari albi aa 80,0
Gummi Arabici 40,0,

tum conterendo misce. Aethere exhalato, pulverem cum

Aquae destill. q. s.
contunde, ut fiat massa depsiticea, ex qua pastilli ducenti (200) formentur. *Dosis:* Pastillus unus vel duo pluries per diem (angina pectoris, asthma nervosum, hemicrania angiospastica, cephalalgia, chorea, epilepsia, nephritis acuta, morbus Brightii etc.).

**Pastilli Opii.**

Rp. Opii pulverati 10,0
Massae Cacao sacch. 500,0.
M. f. pastilli (2000 vel 1000), quorum singuli contineant 0,005 Gm. vel 0,01 Opii.

*Ph. Brit.* Extracti Opii 4,5, Tinct. Bals. Tolut. 15,0, Sacch. 500,0, Gummi Acaciae 60,0, Extracti Liquirit. 175,0, Aq. destill. q. s. Fiant pastilli 720.

**Pastilli Patersonii.**

Pastilli bismuthico-magnesici.

Rp. Bismuthi subnitrici
Magnesiae hydratae āā 5,0
Sacchari albi pulv. 45,0
Tragacanthae pulv. 0,15
Aquae Naphae q. s.
M. f. pastilli ponderis grammatis unius.

**Pastilli Paulliniae.**

Rp. Extracti Pastae Guaranae 25,0
Sacchari pulv. 500,0
Tragacanthae pulv. 0,5
Glycerinae 5,0
Medullae Vanillae 1,0.
Misce, fiant cum Aqua destill. pastilli (1000), quorum singuli contineant 0,025 Gm. Extracti Pastae Guaranae.

**Pastilli pectorales albi.**

Rp. Gummi Arabici 50,0
Sacchari pulv. 150,0
Elaeosacchari Aurantii flor.
Amyli āā 10,0.
Misce, fiant cum Mucilagine Tragacanthae pastilli ponderis circiter unius Grammatis.

**Pastilli pectorales Barezii.**

Trochisci pectorales Barezii. Pastilli Sulfuris aurati.

Rp. Stibii sulf. aurant. 15,0
Sacchari albi 1000,0
Tragacanthae 2,5
Aquae destill. q. s.
M. Fiant pastilli (1000), quorum singuli contineant 15 Milligrammata Stibii sulfurati aurantiaci.

**Pastilli pectorales**

e Morphino et Ipecacuanha.

Rp. Radicis Ipecacuanhae 10,0
Morphini acetici 1,0
Tragacanthae pulv. 0,5
Sacchari pulv. 500,0
Aquae Aurantii flor. q. s.
Misce, fiant pastilli (1000), quorum singuli contineant 1 Milligramma Morphini acetici.

**Pastilli Piperoïdi.**

Rp. Sacchari Piperoïdi q. v.
Mucilaginis Tragacanthae dilutae q. s.
Misce, fiant pastilli, quorum singuli contineant 5 Milligrammata Piperoïdi.

**Pastilli Ratanhae.**

Trochisci Krameriae.

Rp. Extracti Ratanhae 6,5
Sacchari albi 65,0
Tragacanthae 1,6
Aquae Aurantii flor. q. s.
Misce. Fiant pastilli centum (100).

**Pastilli Rotteri.**

Trochisci desinficientes *Rotter*.

Rp. Zinci sulfocarbolici
Zinci chlorati āā 6,0
Acidi borici 4,0
Acidi salicylici 1,0
Acidi citrici 0,1.
Thymoli 0,1.
Misce. Fiant trochisci decem (10). Trochiscus cum aquae 250,0 combinatur.

**Pastilli Scammonii compositi.**

Trochisci anthelminthici *Ph. Belg.*

Rp. Scammonii
Calomelanos āā 2,5
Magnesiae subcarbonicae 1,5
Tragacanthae 0,5



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0577-4
DFG

Sacchari albi 100,0
Aquae destill. q. s.

M. Fiant pastilli (166), quorum singuli contineant 15 Milligrammata Calomelanos.

**Pastilli Selterani s. Selters.**

Pastilli aërophori. *Pastilles effervescentes. Dragées minérales de Mège.*

Rp. Natri bicarbonici 200,0
Acidi tartarici 180,0.

Pulverata et agitando commixta humectentur

Spiritus V. absoluti,

ab aqua plane liberati q. s. Comprimendo fiant pastilli ponderis Grammatum duorum.

**Pastilli seripari.**

Pastilli ad serum parandum.
*Molkenpastillen.*

Rp. Acidi tartarici 10,0
Tartari depurati 15,0
Sacchari Lactis 50,0
Tragacanthae pulv. 0,25
Aquae destill. q. s.

M. f. pastilli (50), quorum singuli contineant 0,2 Gm. Acidi tartarici.

*Signa:* Pastillus unus sufficit ad coagulanda

Lactis vaccini 250,0 vel 300,0.

**Pastilli seripari martiati.**

Parentur eo modo quo Pastilli seripari, nisi quod pastilli singuli contineant

Ferri acetici oxydati sicci 0,12.

**Pastilli Spongiae tostae.**

Rp. Spongiae tostae pulv. 100,0
Sacchari pulv. 500,0
Tragacanthae pulv. 2,5
Aquae Cinnamomi q. s.

M. f. pastilli (1000), quorum singuli contineant 0,1 Gm. Spongiae tostae.

**Pastilli Stibii sulfurati aurantiaci cum Ipecacuanha.**

Rp. Stibii sulfurati aurant. 15,0
Radicis Ipecacuanhae 7,5
Sacchari albi 500,0
Tragacanthae 2,0.
Aquae destill. q. s.

M. Fiant pastilli (1000), quorum singuli contineant 0,0075 Gm. Radicis Ipecacuanhae.

**Pastilli Stibii sulfurati rubei.**

Pastilli cum Kermete minerali. Tabellae Kermetis mineralis.

Rp. Stibii sulfurati rubei 5,0
Sacchari 450,0
Gummi Arabici
Aquae Aurant. flor. aa 40,0.

M. f. pastilli 500, ut singuli 0,01 Stibii sulfurati rubei contineant. *Ph. Gall.*

**Pastilli stimulantes.**

*Diablotins stimulantes.*

Rp. Moschi 1,5
[1] Ambrae griseae 1,0
Pulveris aromatici
Croci aa 10,0
Caryophyllorum aromat.
Radicis Zingiberis aa 5,0
Mastiches 20,0
Sacchari albi 500,0.

Pulveratis admisce

Infusi Mari veri q. s.

Fiant pastilli ponderis Grammatis unius. *Dosis:* Pastilli 4—5 quoque die contra anaphrodisiam.

Rp. Ambrae 5,0
[2] Mastiches 250,0
Croci 150,0
Caryophyll. aromat. 50,0
Moschi aa 25,0
Radicis Zingiberis 50,0
Sacchari albi 10000,0
Infusi Mari veri q. s.

M. f. pastilli vel tabulae ponderis Grammatis unius.

**Pastilli contra tussim convulsivam.**

Rp. Acidi benzoïci
Acidi tannici aa 7,0
Sacchari albi 985,0
Spiritus vini diluti q. s.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0578-0
DFG

M. f. pastilli mille (1000), ut singulae contineant 0,007 Acidi benzoïci.

### Pastilli contra tussim
Leperei.

*Pastilles de Lepère.*

Rp. Morphini hydrochlorici 0,3
Sacchari pulv. 300,0
Tragacanthae pulv. 0,3
Aquae destill. q. s.

Misce fiant pastilli (100), quorum singuli contineant 3 Milligrammata Morphini hydrochlorici.

### Pastilli vermifugi.
*Wurmpastillen.*

Rp. Scammonii 3,0
Santonini 6,0
Massae Cacao sacch. 150,0.

M. l. a. fiant pastilli (200), quorum singuli contineant 3 Centigrammata. Santonini. *Dosis:* pastilli 2 ad 3 mane porrigendi ad usum liberorum natorum 4—6 annos.

### Pastilli vomitorii s. emetici
Ph. eleg. Berol.

Trochisci vomitorii.

Rp. Radicis Ipecacuanhae 6,0
[1] Tartari stibiati 0,3
Massae Cacao sacch. 6,0.

M. l. a. Fiant pastilli decem (10).

Pastilli vomit. mitiores.

Rp. Radicis Ipecacuanhae 3,0
[2] Tartari stibiati 0,15
Massae Cacao sacch. 6,0.

M. l. a. Fiant pastilli decem (10).

Pastilli vomit. cum Emetino impuro.

Rp. Extracti Ipecacuanhae 0,15
[3] Tartari stibiati 0,3
Massae Cacao sacch. 6,0.

M. l. a. Fiant pastilli decem (10).

### Pastilli Zingiberis.

Rp. Sacchari albi *P.* 1000
Aquae *P.* 200.

In lebetem cupreum immissas coque ad consistentiam tabulandi, dein agita, ut rigescant. Tum pulveratis et in patinam porcellaneam immissis admisce

Tincturae Zingiberis *P.* 200
Tincturae Cinnamomi *P.* 25.

Post exactam agitationem massam exsicca et pulveratam denuo per cribrum trajice. Admixtis

Tragacanthae pulv. *P.* 5
et Aquae destill. q. s.,

formentur pastilli, qui siccati sint ponderis grammatis unius.

*Ph. U. St.* Pastilli 100 parentur e Tinct. Zingib. 13,0, Sacchari 130,0, Tragacanth. 3,25, Syr. Zingib. q. s.

### Pelletierinum.
Pelletierina $C_8H_{15}NO$~$C^{16}H^{15}NO^2$=141.

Paretur modo sub Pelletierinum tannicum notato, evaporando solutionem chloroformicam. Sit liquor oleosus decolor vel flavescens, in aquae p. 20 solubilis, calore 195° fervescens, sed per partes discedens. Taenifugum, vermifugum.

### Pelletierinum sulfuricum.

Rp. Pelletierini 10,0.
Solutis in
Spiritus V. absoluti 15,0
adde
Acidi sulfurici diluti (10 % et pd. sp. 1,069) 34,5 vel q. s.,

ut liquor neutralis efficiatur. Liquorem loco tepido sepone, donec in crystalla transierit. Huic sali Pelletierinum tannicum a medicis praefertur. *Dosis:* 0,3—0,4.

### Pelletierinum tannicum.
Tannas pelletierinus.

Rp. Corticis radicis Granati 1000,0
Calcariae ustae 60,0
Chloroformii 375,0
Natri bicarbonici q. s.
Acidi sulfurici diluti q. s.
Natri caustici soluti (pd. sp. 1,332) 10,0
Acidi tannici q. s.

Cortex radicis Granati grosso modo pulveratus cum lacte calcario liquido commiscetur. Post aliquot tempus

haec miscela cum aquae q. s. diluitur, ut volumen liquoris litras duas expleat, et fortiter agitatur. Deinde liquori in vas vitreum cylindricum infuso adduntur Chloroformii 250,0 et, conquassatione peracta, vas seponitur, ut Chloroformium secedat. Hoc Chloroformio secreto, massa aquosa denuo cum Chloroformii 50,0 conquassatur et hoc Chloroformium secretum illi antea secreto admiscetur. Chloroformio huic collecto adduntur aquae 60,0 et agitatione peracta sensim Acidum sulfuricum dilutum affunditur, donec pars aquosa reactionem parvam acidulam acceperit. Hoc modo alkaloïdes cum Acido sulfurico combinati ex Chloroformio in aquam transeunt. Nunc Natri bicarbonici pulverati q. s. liquori admiscitur, donec portiuncula hujus carbonatis insoluta in liquore remaneat. Tum fortiter conquassatur, ut alkaloïdes duo, quibus vis taenifuga deficit, in Chloroformium retroagantur. Tum Chloroformio hoc remoto, liquori aquoso Chloroformii puri 125,0 primo admiscentur, deinde liquoris Natri caustici 10,0, tum fortiter agitatur, ut duo alkaloïdes vermifugi, Pelletierinum et Isopelletierinum, ex liquore aquoso in Chloroformium transeant. Huic Chloroformio dempto, cum aquae 60,0 commixto Acidi sulfurici diluti q. s. additur, ut post agitationem liquor aquosus paululo acidulus factus sit. Liquor aquosus (nunc sulfates Pelletierini Isopelletierinique continens) in patellam porcellaneam transfusus supra Acidum sulfuricum concentratum collocatur et campana vitrea obtectus per plures dies seponitur, donec exsiccatio effecta sit. Massa hic remanens crystallina, sulfas Pelletierini nominatur (1000,0 corticis Granati edunt circiter 4,5 grammata sulfatis Pelletierini).

Hoc residuum, pondere definitum et in aquae vigintuplo solutum commiscetur cum Acido tannico in aqua soluto, eam rationem conservando, ut gramma unum illius sulfatis sicci grammata 3,28 Acidi tannici ad praecipitationem requirat. Inter additionem Acidi tannici soluti etiam liquor Ammonii caustici eo modo sensim addendus est, ut Acidum sulfuricum liberatum statim neutralisetur.

Praecipitatum in filtro collectum aquam frigidam affundendo tamdiu eluatur, donec sulfas ammonicus perfecte demptus est. Postremo praecipitatum primendo inter strata chartae bibulae et supra Acidum sulfuricum concentratum calore 25° C. non superante siccandum est. Praeparatum siccum ne conteratur, sed frustulatum in vitris clausis servetur. (*Ph. Gall.*)

*Ph. Gallica* praecipit: quantitas tannatis a medico praescripta cum quantitate quinquagintupla aquae commiscenda sit, tum guttatim solutio Acidi tartarici inter agitationem addatur, donec solutio effecta fuerit.

*Dosis:* sulfatis 0,3—0,4, tannatis 6,6—0,8 cum aquae 30,0—40,0 mixta. Hora una post dosin notatam purgativum detur.

Partes duae tannatis continent partem unam Pelletierini.

## Pepsina s. Pepsinum.

Pepsinum concentratum. Chymosinum.
*Poudre nutrimentive.*

I. Nota prima.

### Pepsina Germanica.

Rp. Stomachorum pecorum vel Abomasorum (stomachorum quartorum animalium ruminantium recentium) q. v.

Aqua frigida ablue et, membranam mucosam ope cultri ossei radendo, mucum collige, quem per linteum inter exprimendum cola. Mucum statim in patinas porcellaneas planas ingere et in hypocausto ventilato calore 40° C. nunquam superante quam celerrime exsicca. Massa residua contrita, e flavo fusca statim in lagenulas parvas bene obturandas ingeratur et asservetur.

II. Nota secunda.
Pepsina medicinalis.

### Pepsina depurata pulverata.

Rp. Stomachorum suillorum vel abomasorum ruminantium animalium q. v.

Membranae mucosae collectae et concisae, in ollam vitream immissae affunde quantitatem quintuplam Aquae destillatae, cujus centenae partes continent Acidi hydrochlorici (pond. spec. 1,120—1,123) partes duas vel tres.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0580-8
DFG

Digere calore 30 ad 35° C., saepius agitando, per diem unum, deinde cola inter lenem expressionem. Massa residua denuo in Aqua illa acida maceretur et exprimatur. Liquores commixti per diem unum seponantur, ut sedimentent, tum filtrentur. Liquori filtrato admisce solutionis saturatae Salis culinaris volumen aequale tum mixturam loco frigido sepone. Post diem unum praecipitatum exortum in filtro collige, in illa aqua acida solve et denuo sale culinari soluta praecipita. Post sedimentationem praecipitatum in filtro collige, cum Sacchari lactis q. s. misce et calore 20 ad 30° C. sicca, tum in pulverem redactum cum Acidi tartarici ea copia commisce, ut centenae partes pulveris e *P.* 66 Sacchari lactis, *P.* 33 Pepsini et *P.* 1 Acidi tartarici constent. Serva in vitris obturatis, ne humescat.

## Pepsinum aromaticum.

Rp. Pepsini saccharati 90,0
Extracti fluidi aromatici 6,0
Acidi tartarici
Salis culinaris $\widehat{aa}$ 2,0.

Conterendo mixta supra discum porcellaneum extende, tum sepone loco vix tepido (25° C.), donec massa satis sicca appareat. Denuo trita in vasa vitrea, obturamento suberino claudenda, ingere et serva.

## Pepsinum liquidum

Pepsina liquida.

Rp. Pepsini concentrati 9,0
Acidi hydrochlorici (25%) 4,5
Glycerinae 100,0
Aquae destillatae 180,0
Spiritus V. rectfss. 15,0.

Mixta per dies octo macera, saepius agitando, tum filtra.

## Pepsinum saccharatum.

Pepsina venalis. *Pepsin.*

Rp. Pepsini concentrati 25,0
[1] Sacchari Lactis 50,0
Amyli albissimi 25,0.

Misce conterendo, ut pulverem album praebeant.

Rp. Pepsini concentrati 33,3
[2] Sacchari Lactis 66,7.

Conterendo mixta et in pulverem redacta in vitris clausis serva.

Pars 1 Pepsini saccharati in p. 500 aquae tepidae soluta, quibus additae sunt partes 10 Acidi hydrochlorici (pd. sp. 1,124), inter horas sex in temperatura + 35 ad 40° C. atque sub crebra quassatione solvat partes 50 albuminis ovi cocti, in frustula magnetudine lentis concisi et praebeat liquorem paululum opalescentem.

## Peptonum carneum.

*Fleischpepton.*

Rp. Carnis taurini, ab partibus pinguibus liberati, minutim concisi
Aquae destillatae $\widehat{aa}$ 10000,0 vel kg. 10
Acidi hydrochlorici puri (25%) 400,0
Pepsinae concentratae 20,0.

Mixta, in vas porcellaneum ingesta sepone per dies duos (calore 18—24°), tum in balneum aquae imposita per horas duodecim calore 60—70° digere. Deinde addendo

Natri carbonici pulv. q. s.

liquorem neutralem fac et per cribrum cola. Colaturam evaporando ad 20000,0 reductam commisce cum

Spiritus V. rectfss. 6000,0

et sepone per diem unum. Tum cola, sedimentum exprimendo, et filtra. Spiritu destillando separato, liquorem evapora, ut ad consistentiam extracti gradus tertii redigatur. Effic. circiter 500,0—550,0.

## Peptonum caseïnum.

*Caseïnpepton.*

Paretur e massa caseïna lactis vaccini aequali modo quo Peptonum simplex.

## Peptonum simplex.

*Pepton.*

Rp. Albuminis ovorum gallinar. 100,0.

Superfunde aqua fervida et in balneum aquae fervidae per minuta quinque impone. Tum albumen concretum cum

Aquae destillatae 800,0

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0581-4
DFG

Pepsinae concentratae 5,0
Acidi hydrochlorici (25%) 10,0
commixtum loco tepido sepone, cujus calor 38° C. ne superet, donec omne albumen solutum fuerit. Liquorem colatum, leni calore evaporando ad 500,0 redactum commisce cum
Spiritus V. rectfss.
volumine quadruplice. Post horas quatuor praecipitatum expressum, in particulas minimas divisum Spiritu vini absoluto ablue et quam celerrime loco tepido sicca.

## Perchemplastrum.

Collemplastrum. *Pflastermull.*

Emplastrum extensum super textum tenerrimum gossypinum *(Mull)*. Massae emplastri sit massae emplasticae vel collemplastri concentrati parva copia admixta, ut sit valde viscosa et adhaesiva. Autor horum perchemplastrorum est dermatotherapeuticus Dr. *Unna.*

## Pereirinum.

Rp. Corticis Geissospermi laevis s. Velozii 100,0.
Grosso modo pulverata misce cum
Spiritus Vini 150,0
Acidi hydrochlorici (25%)2,0.
Sepone per dies duos, tum in percolatorium ingestum affundendo
Spiritus Vini q. s.
extrahe. Colaturam destillando a Spiritu liberatam et ad spissitudinem extracti mollioris evaporatam commisce cum
Natri carbonici dilapsi pulv.
triente ponderis extracti, calore modico (40° C) exsicca et in pulverem contere. Hic pulvis subtilis
Aetheris q. s.
macerando extrahatur. Liquor aethereus cum liquore miscendo parato ex
Aquae destillatae 20,0
Acidi acetici 2,5—3,0
exquassetur, tum, Aethere decanthando separato, liquori aquoso acetico adde
Aetheris volumen dimidium,
Liquoris Ammonii caust. q. s.,
ut Ammonium valde praevaleat, et fortiter conquassa. Hoc modo Geissosperminum praecipitatur et Pereirinum in Aetherem transit. Solutio aetherea loco tepido evaporetur, tum residuum cum carbone animali commixtum et denuo Aethere solutum evaporationi spontaneae tradatur. Sit pulvis albus amorphus, in aqua insolubilis, solubilis in spiritu et aethere, cum Acido sulfurico concentrato liquorem e violaceo rubrum praebens.

Vis eam Chinini compensans. Dicitur fortiorem esse. *Dosis* eam Chinini aequat.

## Pereirinum hydrochloricum.

Pereiria hydrochlorica.

Paretur solvendo Pereirinum in Spiritus absoluti parva copia, neutralisando addendo Acidi hydrochlorici copiam sufficientem et seponendo loco vix tepido. *Dosis* eam Chinini hydrochlorici aequat.

## Peruolum.

Cinnameïna.

Rp. Balsami Peruviani
Aetheris aa 150,0.
Bene mixtis filtratisque adde
Liquoris Natri caust. (pd. sp. 1,32) 100,0.
Post agitationem sepone, tum liquorem supernatantem decantha et calore lenissimo ad spissitudinem olei evapora.

## Petroleum nigrum.

Rp. Asphalti pulv. *P.* 1.
Solve agitando in
Petrolei Italici *P.* 20.

## Petroleum rubrum.

*(Ad usum mercat.)*

Rp. Olei Terebinthinae,
Petrolei aa *P.* 50
Radicis Alcannae *P.* 1.
Macera et cola per gossypium.

## Phenacetinum.

Para-Acetphenetidina. *Phenacetin.*
$C_6H_4 \cdot OC_2H_5 \cdot NH(CO-CH_3)$.

Lamellariae crystallinae, nitentes decolores, fere insipidae, odore carentes, neutrales, calore 135° C. liquescentes, solubiles in p. 1400 aquae frigidae, p. 70 aquae fervidae et p. 16 spiritus vini. Antipyreticum, antineuralgicum.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0582-0 DFG

*Dosis:* 0,4—0,5—0,6 (semel, bis terve per diem), infantibus 0,15—0,2—0,3.
*Dos. antineuralgica:* 0,75—1,0. *Dos. maxima:* 1,0, pro die 5,0!! (*Ph. Germ.*)

## Phillyrina.

$C_{27}H_{34}O_{11}+1,5H_2O-C^{54}H^{34}O^{22}+3HO$.

Rp. Corticis Phillyreae latifoliae (Oleïneae) sicci et contusi *P.* 40.

Affunde

Aquae fervidae *P.* 200.

Digere per aliquot horas, usque ad lenem ebullitionem calefac et liquorem adhuc fervidum exprimendo cola. Residuum expressum denuo commisce cum

Aquae fervidae *P.* 100,

digere et exprime. Liquores obtenti ad Partes 30 remanentes inter assiduam agitationem evaporentur, tum refrigerati, admixta

Calcariae hydratae *P.* 1,

seponantur loco frigido per biduum. Sedimentum inde ortum filtrando collige, calore leni balnei vaporis exsicca et in pulverem redige, quem, affusis

Spiritus V. rectfss. *P.* 5,

inter agitationem per aliquot horas calore balnei vaporis digere. Tinctura adhuc calida, filtrando separata, residuo affunde

Spiritus V. rectfs. *P.* 2

et digere. Haec operatio repetatur, quamdiu Spiritus defusus amarus est. Tincturae omnes, admixta

Aquae destill. *P.* 1,

destillando a Spiritu maxima ex parte liberentur, leni calore balnei vaporis ad Partes 3 remanentes evaporentur, tum per aliquot dies loco frigido seponantur. Crystalla orta, exprimendo collecta resolvendo in aqua fervida, digerendo cum Carbone animali depurato, filtrando, evaporando crystallisandoque depurentur. Eff. *P.* 1. Sint crystallula squamiformia aut acicularia flexibilia alba, argentaceo-splendida, paululum amara, solubilia in aq. p. 1300, in spiritus vini p. 40, insolubilia in aethere.

*Usus.* Contra febrim intermittentem.

## Phosphorus ruber.

Phosphorus amorphus. P vel Ph = 31 (etiam 31,5).

Rp. Phosphori albi q. v.

Ingere in crucibulum ferreum, ut hoc ad trientem repletum sit. Tum impone crucibulo operculum ferreum, quod perforatum tubo ferreo vel vitreo, 1,5 millimetra amplo et aperto munitum est, ut aër per tubum transeat et cum phosphoro in contactu modice permaneat. Crucibulum in balneum arenae impositum caute calefac ad 240—250° C., ne calor 260° C. superet, per momenta decem. Deinde crucibulum ad refrigerationem sepone et phosphorum rubrum sub aqua ad pulverem contere, tum coquendo in

Liquore Natri caustici

pulverem ab phosphoro venenoso libera, dein aqua ablue et sicca. Hic phosphorus est vix venenosus. Serva in vasis bene clausis.

## Physostigminum.

Eserinum. Eserina. Calabarinum.
$C_{15}H_{21}N_3O_2-C^{30}H^{21}N^2O^4=275$.

Rp. Extracti alcoholici seminum Physostigmatis venenosi 100,0
Natrii bicarbonici pulv. 110,0.

Mixta commisce cum

Aetheris 300,0.

Vase clauso, interdum agitando macera per diem unum, tum liquorem decantha et residuum denuo cum

Aetheris 200,0

commixtum macera per diem unum, saepius agitando et iterum decantha.

Liquoribus decanthatis statim admisce

Acidi sulfurici diluti (5 %) q. s.

ut post agitationem liquor reactionem paululum acidulum praebeat. Deinde liquorem aethereum ab liquore aquoso decanthando separa, tum hunc liquorem, statim ope antliae pneumaticae ab Aethere liberatum per filtrum chartaceum, aqua irroratum, funde, ut partes pingues separentur. Liquorem filtratum limpidum misce cum

Natrii bicarbonici pulv. 20,0

et post horae quadrantem affunde

Aetheris q. s.,

tum fortiter agita, deinde straturam aethercam decantha. Hanc exquassationem affundendo Aetheris quantitatem sufficientem repete.

Liquores aethereï decanthati statim calore 35° C. non superante evaporationi concedantur. Substantia rema-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0583-6 DFG

nens est Physostigminum, quod cum Acido acetico diluto solutionem decolorem et pellucidam praebeat. Aliter si res se habet, substantia residua cum paulo Natrii bicarbonici mixta Aethere affuso, denuo exquassationi subigatur.

Physostigminum leniore calore siccatum massae gummosae aequale est, calore 45° C. liquescens, odoris saporisque expers, in aqua difficile, in Spiritu, Aethere, Chloroformio facile solubile. Solutio aëri exposita rubescit, celerius si calefacta. Ne solutio rubescat, Acidum boricum addendum est. Serva loco a luce remoto.

*Vis:* myosin efficiens; choream demens; antidotum Atropini Belladonnaeque; cum Atropino combinatum tetanum sedans.

*Dosis:* 0,0003—0,0007—0,001. *Dos. maxima:* 0,001 — pro die 0,0025!!

## Physostigminum hydrobromicum.

Bromhydras Physostigmini. Bromhydras Eserinae s. eserinus Ph. Gall.

*Bromhydrate d'eserine.*

$C_{15}H_{21}N_3O_2 \cdot HBr - C^{30}H^{21}N^3O^4$ $HBr = 356$.

Rp. Eserini s. Physostigmini q. v.

Cum parva quantitate aquae commixto adde

Acidi hydrobromici aquosi q.s.,

ut liquor perfecte neutralis efficiatur. Liquorem filtratum leni calore evaporando concentratum supra Acidum sulfuricum concentratum colloca, ut in massam crystallinam siccam redigatur. Lux solis cum cura prohibeatur. Sit massa fibrosa e flavo subrubens, in aqua facile solubilis.

*Dosis maxima:* 0,001, *pro die* 0,003.

## Physostigminum salicylicum.

Salicylas Physostigminae. Eserinum salicylicum.

$C_{15}H_{21}N_3O_2 \cdot C_7H_6O_3$— $C^{30}H^{21}N^?O^4, C^{14}H^6O^6 = 413$.

Rp. Physostigmini puri *P.* 2

Acidi salicylici *P.* 1

Aquae dest. fervidae *P.* 30.

Misce. Liquorem a luce remotum loco frigido ad crystallisationem sepone. Crystalla collecta supra Cariam ustam siccata sint decoloria vel subflavescentia, saporis nullius, solubilia in aquae part. 150, in Spiritus part. 10 ad 12. Solutio luci solis exposita celeriter rubescit.

*Usus.* Ad instillationem in oculum 0,02—0,05 : 10,0 aq.

*Dosis:* 0,0005—0,001. *Dos. maxima:* 0,001, pro die 0,003!!

## Physostigminum sulfuricum.

Sulfas eserinus. Eserinum sulfuricum.

Rp. Physostigmini q. v.

Solve in

Aetheris q. s.

Liquori tum guttatim instilla

Acidi sulfurici diluti,

quamdiu praecipitatum inde producitur. Acidum sulfuricum ne superet. Praecipitatum collige in filtro, aqua ablue et aëri expone, ut siccum fiat. Pulvis amorphus luci solis expositus celeriter rubescit. *Ex tempore* paretur. *(Ph. Gall.)* *Dosis* eam Physostigmini salicylici aequat.

## Picrotoxina.

Cocculin. Menisperminum.

$C_9H_{10}O_4 - C^{18}H^{10}O^8 = 182$.

Rp. Fructuum Cocculi *P.* 10.

Fructus contundendo a testis liberati et in pulverem redacti expressione calida (60—70° C.) ab oleo liberentur. Placentis residuis pulveratis affunde

Spiritus V. rectfss. *P.* 50,

tum digere per diem unum. Fluido exprimendo separato, residuo denuo affunde

Spiritus V. rectfss. *P.* 40,

digere et exprime. Tincturae obtentae commixtae, additis

Aquae destill. *P.* 10,

destillando evaporentur, donec circiter *P.* 15 remanserint, quae cum

Carbonis vegetabil. *P.* 1/3

mixtae calore balnei vaporis ad siccum redigantur. Residuum siccum contritum, in lagenam ingestum macera in

Aetheris *P.* 3

per diem unum et saepius agita. Post decanthationem liquoris haec maceratio cum Aetheris novis quantitatibus repetatur, donec Aether defusus non amarus sit. Tincturas aethereas decantha vel filtra et,

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0584-2

Aquae destill. *P.* 3

admixtis, blanda destillatione Aetherem elice. Fluidum, residuum, adhuc tepidum in patinam infunde, calefac, donec Aether plane abierit, dein loco frigido sepone. Oleum congelatum innatans filtrando separa et Spiritu Vini rectificato ablue, fluida autem evaporando refrigerandoque in crystalla coge, quae inter chartam bibulam expressa, tum soluta in Spiritus Vini rectificatissimi quantitate triplici iterata crystallisatione depurentur. Efficitur circiter *P.* 1/10. Sint crystalla, aut crustas formantia, aut acicularia nitentia, saporis amarissimi, in aquae p. 150 solubilia.

*Dosis:* 0,001—0,003—0,005. *Dosis maxima:* 0,005, pro die 0,02. *Antidotum:* Chloralum hydratum.

### Pigmentum Alcannae.

Anchusina. Alcanninum. Extractum Alcannae. Resina Alcannae.

Rp. Radicis Alcannae q. v.

Corticem lamellosum, saturate sanguineum collige, sicca et in pulverem redige. Pulvis, affuso

Aetheris Petrolei Volumine duplo,

ope apparatus extractorii (ad extracta aetherea) exhauriatur, et liquores destillando evaporandoque ad siccum redigantur.

### Pigmentum lignum nigrans.

Methodus lignum nigrandi. *Holzschwärze.*

Lignum primo liquore anilinico oblinitur, parato solvendo ex

Anilini hydrochlorici 10,0
Cupri chloridati 0,5 (—1,0)
Aquae destill. 100,0.

Illitu siccato, lignum solutione

Kalii dichromici 20,0

in Aquae destillatae 200,0 illinendum est.

### Pilocarpinum.

Pilocarpina.

$C_{11}H_{16}N_2O_2$—$C^{22}H^{16}N^2O^4$=208.

Rp. Pilocarpini nitrici vel hydrochlorici q. v.

Solve in

Aquae destill. fervidae

quantitate duodecuplice et sensim admisce

Liquoris Ammonii caust. q. s.,

donec Ammonium praevaleat. Tum liquori refrigerato adde

Chloroformii

quantitatem quadruplicem ponderis salis Pilocarpini, fortiter conquassa et agita per horae quadrantem. Deinde sepone per horam unam et ope infundibuli separatorii (vel vitri hypocleptici) stratum inferiorem chloroformicum detrahe. Liquorem superiorem aquosum, si opus fuerit, denuo minore copia Chloroformii conquassa et uti antea age; Liquorem chloroformicum filtratum destillationi calore balnei aquae subjice. Liquor decolor, in retorta remanens, spissitudinis syrupi Pilocarpinum est. Hoc est in aqua vix, in Spiritu, Aethere et Chloroformio facile solubile, insolubile in Benzolo.

*Dosis:* 0,01—0,015—0,02. *Dosis maxima:* 0,02, pro die 0,04!! *Dosis* inject. subcut. 0,01—0,02. Conf. Pilocarpinum hydrochloricum.

### Pilocarpinum hydrochloricum.

Hydrochloras Pilocarpinae.

$C_{11}H_{16}N_2O_2 \cdot HCl$—$C^{22}H^{16}N^2O^4$,HCl =244,5.

Rp. Foliorum Jaborandi (Pilocarpi pennatifolii) grosso modo pulv. 200,0.

Ope vasis percolatorii sive deturbatorii extrahe primum macerando, deinde percolando affundendoque mixturam paratam ex

Spiritus Vini (85 %) 1000,0
Liquoris Ammonii caust. (10 %) 20,0

vel q. s. hujus mixturae. Colatura addita

Acidi tartarici

quantitate sufficiente neutralisetur, tum in retortam vitream transgesta destillando a Spiritu liberetur. Liquorem aquosum residuum commisce cum mixtura parata e

Spiritus Vini (85 %) 300,0
Liq. Ammonii caustici 3,0,

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0585-8
DFG

tum filtra. Spiritu destillando separato, liquori aquoso adde

Natrii bicarbonici 4,0

et agita. Tum affusa

Chloroformii

quantitate sufficiente inter fortem agitationem exquassa. Affusio Chloroformii et exquassatio repetatur. Chloroformium decanthatum, Pilocarpinum continens, leni calore evapora. Massae residuae glutinosae, solutae in Spiritus Vini absoluti parva copia, adde

Acidi hydrochlorici q. s.

ad neutralisationem, tum liquorem leni calore ad siccum redactum solve in Spiritu Vini absoluto calido et ad crystallisationem sepone. Crystalla loco tepido siccata serva in lagenis dense obturatis.

Sint crystalla alba neutraque, saporis amari, in aëre humescentia. Solutio aquosa Liquore Ammonii caustico addito praecipitatum ne praebeat.

Hoc sal mydriasi Atropino effectae renititur. In prolapsu iridis, post operationem cataracticam, ad scleroticonyxin, ut praelapsus prohibeatur. Contra coeloma, glaucoma. In sparagmo, tetano, chorea, epilepsia, neuralgiis, bronchitide etc. raro adhibetur. Antidotum Atropini Strychninique. Capillum natura fertili evocans.

*Dosis* in aqua ophthalmica 0,1—0,2: 10,0 aq. Injectio subcutanea 0,01 - 0,02, infanti bienni 0,005, infanti lactanti 0,001—0,002. *Dosis intern.* 0,02—0,03, infanti 0,002—0,004. *Dosis maxima* 0,02, pro die 0,05! (*Ph. Austr.* 0,03, pro die 0,06).

## Pilocarpinum nitricum.

Nitras Pilocarpinae.

$C_{11}H_{16}N_2O_2 \cdot HNO_3 — C^{22}H^{16}N^2O^4, NO^5 + HO = 271.$

Paretur aequali modo quo Pilocarpinum hydrochloricum. Sit sal pellucidum, decolor, in aëre persistens. *Usus:* Conf. antea notatum.

## Pilulae adstringentes.

Rp. Catechu.
[1] Aluminis $\widehat{aa}$ *P.*
Extracti Gentianae q. s.

Misce, fiant pilulae, quarum singulae contineant Aluminis tria Centigrammata.

### Pilulae adstring. Capuronii.

Rp. Catechu 10,0
[2] Aluminis 5,0
Opii 1,5
Mellis rosati q. s.

Misce. Fiant pilulae centum (100).

## Pilulae Aethiopicae.

Pilulae s. Massa pilularum hydrargyrico-stibicarum.

Rp. Hydrargyri 3,0
Stibii sulfurat. aurant. 2,0.

In lapideo mortario ad perfectam extinctionem Hydrargyri tritis addantur commiscendo

Saponis Hispanici
Resinae Guajaci $\widehat{aa}$ 2,0
Syrupi Sacchari q. s.

Misce. Fiant pilulae ponderis 0,15 Gm.

## Pilulae Aloës.

Pilulae Aloës saponatae.

Rp. Saponis medicati
Aloës $\widehat{aa}$ 5,0.
Syrupi simplicis
Radicis Althaeae $\widehat{aa}$ q. s.

M. Fiant pilulae centum (100). Conspergantur Cassia cinnammomea.

### Pilulae Aloës Berolinenses s. gelatinatae.

Rp. Aloës (solidae) q. v.

Aloë calore balnei vaporis emolliatur et in pilulas ponderis 0,15 Gm. redigatur. Pilulae refrigeratae Gelatina animali l. a. obducantur.

*Ph. U. St.* Aloës purificat. et Sapon. ana 13,0. Fiant pil. 100.

*Ph. Brit.* Pilul. Aloës Barbadensis: Aloës Barb. 16,0, Saponis 8,0, Ol. Carvi 1,0, Conservae Rosae 8,0. *Dosis:* 0,3—0,6.

*Ph. Brit.* Pilul. Aloës Socotrinae: Aloës Socot. 16,0, Sapon. 8,0, Ol. Myristicae aeth. 1,0, Conserv. Rosae 8,0.

## Pilulae Aloës amarae.

Pilulae Gentianae crocatae.

Rp. Pilularum aloëticarum (Ruffii) Massae *P.* 3
Extracti Gentianae *P.* 2.

M. Fiant pilulae ponderis 0,1 Gm.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0586-4 DFG

**Pilulae Aloës compositae.**

Rp. Aloës 10,0
Extracti Gentianae 5,0
Olei Carvi 1,0
Radicis Althaeae q. s.

M. Fiant pilulae ponderis 0,15 Gm.

**Pilulae Aloës cum Asa foetida.**

Rp. Asae foetidae
Saponis medicati
Aloës āā 10,0
Conservae Rosae q. s.

M. Fiant pilulae.
*Dosis:* 0,3—0,6. *Ph. Brit.*
*Ph. U. St.* Aloës, Asae f., Sap. ana 26,0. Fiant pil. 300.

**Pilulae Aloës cum Mastiche.**

Pilulae Aloës mastichatae.

Rp. Aloës 13,0
Mastiches 3,25
Flor. Rosar. rubr. pulv. 3,25.

M. f. pilulae centum (100) *Ph. U. St.*

**Pilulae Aloës cum Myrrha.**

Pilulae Aloës myrrhatae.

Rp. Aloës 13,0
Myrrhae pulv. 6,5
Pulveris aromatici 3,25.

M. f. pil. centum (100) *Ph. U. St.*
*Dosis:* Pil. tres ad quinque pro die.

**Pilulae Aloës cum Rheo.**

Rp. Extracti Aloës
Radicis Rhei pulv. āā 2,0
Radicis Ipecacuanhae 1,0.

M. Fiant pilulae quadraginta (40). Singulae pilulae continent 0,025 Gm. Radicis Ipecacuanhae.

**Pilulae Aloës et Podophylli compositae.**

*Janeway's Pills.*

Rp. Aloës 6,0
Resinae Podophylli 0,5
Extracti Belladonnae
Extracti Strychni āā 0,25
Extracti Gentianae q. s.

M. f. pilulae centum (100). (*Nat. Form.*)

**Pilulae Aloës rosatae.**

*Pilules de famille.*

Rp. Aloës 10,0
Acidi tannici 2,0
Aquae Rosae 1,0.

Calore balnei aquae conterendo fiat massa, quae evaporata in pilulas ponderis 0,125 Gm. redigatur.

**Pilulae Aloës saponatae.**

*Pilules antiictériques de Buchan.*

Rp. Radicis Rhei pulv.
Aloës pulv. āā 2,0
Saponis medicati 4,0.

M. f. pilulae ponderis Decigramm. duorum.
*Ph. Gall.* Aloës et Sapon. āā 10,0. Fiant pil. 100.

**Pilulae aloëticae.**

Pilulae Ruffii. Pilulae Aloës. Pil. Aloës crocatae. Pilulae Aloës cum Myrrha.

Rp. Aloës 10,0
[1] Myrrhae 5,0
Croci 2,5
Syrupi communis 5,0
Glycerinae q. s.

Misce. Fiat massa pilularis vel fiant pilulae (ponderis 0,125).
*Dosis:* 0,3—0,6. *Ph. Brit.*

Rp. Aloës purificatae 13,0
[2] Myrrhae 6,5
Pulveris aromatici 3,25
Syrupi Sacchari q. s.

M. Fiant pil. centum (100).
*Ph. U. St. Dosis:* Pilulae tres ad sex de die (purgans, emmenagogum).
Conf. Massam pil. Ruffii (pag. 470).

**Pilulae aloëticae ferratae.**

Pilulae Aloës c. Ferro. Pilulae Italicae nigrae. *Pilules contre la chlorose de Marshall-Hall.*

Rp. Ferri sulfurici oxydulati ad
[1] albedinem exsiccati
Aloës pulveratae āā 10,0.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0587-0
DFG

Mixta

Spiritus V. rectfss. q. s.

humectentur, ut fiat massa, ex qua formentur pilulae ducentae (200) vel ponderis 10 Centigrammatum. Sint nitidae, coloris nigri. *(Ph. Germanica.)*

(Pilulae asservandae.)

Rp. Ferri sulfurici ad albedinem
[2] exsiccati
Aloës pulv. $\widehat{aa}$ 12,0.
Mixta adspergendo
Spiritus V. rectfss. q. s.

ad massam mollem redige, quam leni calore exsicca. Massa sicca et contrita iterum

Spiritus V. rectf. q. s.

humectetur, ut fiat massa, ex qua formentur pilulae ducentae (200) vel ponderis 12 Centigrammatum. Hae pilulae Spiritu absoluto illitae, tum siccatae inter asservationem conservant splendorem et formam pilularem glabram.

*Dosis:* mane singulae vel binae pilulae (chlorosis, amenorrhoea).

*Ph. U. St.* Aloës, Ferr. sulf. sicc., Pulv. aromat. ana 6,5, Confect. Rosae q. s. Fiant pil. 100.

*Ph. Brit.* Aloës 2,0, Ferri sulfurici siccati et pulv. 1,0 (cryst. 1,5), Pulv. aromat. 3,0, Conservae Rosae 4,0. *Dosis:* 0,3—0,6.]

## Pilulae aloëticae helleboratae.

Pilulae catholicae. Extractum catholicum *Ph. Belg.*

Rp. Colocynthidis praep.
Scammonii
Aloës pulveratae $\widehat{aa}$ 2,5
Resinae Jalapae 1,25
Extracti Hellebori viridis vel nigri 1,0.

M. Fiant ope pauxilli Spiritus Vini pilulae ponderis duorum (2) Decigrammat.

## Pilulae Aloïnae compositae.

Pilulae aloïnicae.

Rp. Aloïnae 4,0
Resinae Podophylli 1,0
Extracti Belladonnae 1.5
Extracti Gentianae 2,0
Radicis Gentianae q. s.

M. f. pilulae centum. *(Nat. Form.)*

## Pilulae alterantes

Clinici.

Parentur eodem modo quo Pilulae Mercurii sublimati Ph. milit. Boruss., nisi quod ex massa pilulae sexaginta (60) formentur.

## Pilulae alterantes

(Plummeri).

Pil. Hydrargyri subchloridi comp. Pil. Antimonii comp. Pil. Calomelanos comp. Massa pil. alterantium. Pil. Hydrargyri chlorati comp. *Ph. Brit.* *Plummer's Pills.*

Rp. Pulv. alterantis Plummeri
Succi Liquiritiae pulv.
Extracti Liquiritiae $\widehat{aa}$ 1,0
Radicis Althaeae pulv. q. s.

Misce. Fiant pilulae (25), quarum singulae contineant 4 Centigrammata Pulveris alterantis. *Dos.* Mane et vespere pil. 2—4 (rheuma chronicum, exanthema, dermatosis).

*Ph. U. St.* Stib. sulf. aur., Calomelan. $\widehat{aa}$ 3,25, Res. Guaj. 6,5, Muc. Tragacanth. q. s. M. Fiant. pil. 100.

## Pilulae Ammoniaci

Gaubii.

Rp. Ammoniaci 5,0
Ferri pulverati
Aloës $\widehat{aa}$ 2,5
Syrupi balsamici q. s.

M. Fiant pilulae ponderis 12 Centigrammatum.

## Pilulae Ammoniaci thebaicae.

Rp. Opii pulverati 1,0
Bulbi Scillae pulv. 2,0
Myrrhae pulv. 5,0
Ammoniaci pulv. 7,5
Glycerinae 2,0
Spiritus V. rectf. q. s.

M. f. pilulae (100), quarum singulae contineant 1 Centigramma Opii.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0588-6
DFG

**Pilulae Andersonis.**

Pilulae Aloës cum Gutti. Pil. aloëticae cambogiatae.
*Pilules Ecossaises.*

Rp. Aloës pulveratae
Gutti pulv. $\widehat{aa}$ 2,5
Olei Anisi *Gutt.* 10
Syrupi Sacchari *Gutt.* 8
Radicis Althaeae pulv. q. s.

M. Fiant pilulae 30 vel ponderis 25 Centigrammatum. *Dos.* Pilul. 1—2—3 (effectu purgativo).

**Pilulae angelicae.**

Pilulae Francofurtenses.

Rp. Aloës 5,5
Acidi tannici 0,5
Radicis Rhei pulv. 0,75
Boleti Agarici pulv. 0,3
Mellis rosati q. s.

M. f. pilulae 60, vel ponderis 12 Centigramm., argent. fol. obduct.

**Pilulae antarthriticae.**

(Ph. paup. Hamb.)

Rp. Tartari stibiati 0,3
Extracti Aconiti 3,0
Resinae Guajaci
Saponis Hispanici $\widehat{aa}$ 12,0.

M. f. pilulae 250 vel ponderis 12 Centigrammatum. Conspergantur Cassia cinnamomea pulverata.

**Pilulae antarthriticae albae** Wolfii.

Rp. Extracti Colchici acidi e seminibus parati
Aloës $\widehat{aa}$ 4,0.

M. f. pilulae sexaginta (60). Conspergantur Magnesia usta.
*Dosis:* Mane et vespere singulae vel binae pilulae in arthritide, amenorrhoea.

**Pilulae antarthriticae.** Frankii.

Rp. Hydrargyri stibiato-sulfurati
Resinae Guajaci
Extracti Dulcamarae $\widehat{aa}$ 5,0.

Misce. Fiant pilulae 120. Conspergantur radice Liquiritiae pulv.

**Pilulae antarthriticae** Sendneri.
*Gichtpillen.*

Rp. Chinini sulfurici
Conchinini sulfurici $\widehat{aa}$ 10,0
Piperis albi pulv.
Sem. Colchici $\widehat{aa}$ 5,0
Resinae Guajaci naturalis 7,5
Acidi citrici 2,0
Extracti Gentianae 10,0
Glycerinae 5,0
Rad. Gentianae pulv. q. s.

M. f. pil. quingentae (500). S. Ter quaterve per diem pilulae quinque, post hebdomadem pilulae sex, post hebdomades duas pilulae septem.

**Pilulae antecibum.**

Pilulae stomachicae. Pil. tonicae aloëticae. Pil. longae vitae. *Pilules gourmandes. Grains de Vie. Pilules de Cauvin. Pil. de Madame de Crespigny. Suppenpillen. Magenpillen.*

Rp. Aloës 10,0
Extracti Chinae cort. 5,0
Cassiae cinnamomeae 2,0
Mellis q. s.

Misce. Fiant pilulae (100), quarum singulae contineant Centigrammata decem Aloës. Tonicum, stomachicum. *Dosis*: Pilula una vel duae ante coenam.

**Pilulae anticarcinomaticae.**

Pilulae cancrodelentes. *Krebspillen.*

Rp. Chinini hydrochlorici 2,0
Zinci chlorati 1,0
Extracti Conii
— Hyoscyami
— Cardui bened. $\widehat{aa}$ 2,0
Resinae Guajaci naturalis 10,0
Kreosoti 1,0
Rad. Althaeae 0,5.

M. f. pil. 250, Lycopodio conspergendae. D. ad vitrum. S. Pilulae duae ter per diem prima hebdomade, deinde pilulae tres ter p. d. Hoc praeceptum primo ab *Hanke* ordonatum correctum est.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0589-3

## Pilulae antichloroticae.

*Bleichsuchtpillen. Rothbackenpillen.*

Rp. Conchinini sulfurici
Ferri phosphorici oxydati ãa 10,0
Rad. Althaeae pulv. 2,0
Extr. Gentianae 10,0
Acidi citrici 2,5
Rad. Gentianae pulv. 10,0
Glycerinae 7,5.

Misce. Fiat massa pilularis, ex qua pilulas quadringentas (400) forma, ut singulae pilulae 0,025 Ferri phosphorici contineant. Consperge pulvere rad. Liquiritiae.

Dentur ad vitrum.

*Usus:* Inter coenam sumendae ab aegroto

| *nato* | *per diem ter* |
|---|---|
| 6–10 annos | pilul. 3 |
| 11–14 „ | „ 4 |
| 15–19 „ | „ 5 |
| 20 etc. „ | „ 6. |

Conjuges pilulas septem ter per diem sumant (chlorosis, hysteria).

## Pilulae antichloroticae

Bouchardat.

Rp. Mangani sulfurici 25,0
Ferri sulfurici 75,0
Natrii carbonici 120,0
Mellis depurati
Glycerinae ãa 30,0.

Conterendo in mortario porcellaneo, ad 40° C. calefacto misce, tum adde
Rad. Althaeae pulv. 5,0
Rad. Gentianae q. s.,
ut fiat massa pilularis, ex qua pilulae ponderis 0,15 formentur. Cinnamomi pulvere conspergantur. S. Ter quaterve pilulae 2—3—4 de die (in anaemia, chlorosi, hysteria).

## Pilulae anticholericae

prophylacticae.

*Cholerapräservativpillen.*

Rp. Chinini sulfurici
Pulveris aromatici ãa 5,0
Acidi hydrochlorici *Gutt.* 10
Ferri sesquichlorati soluti *Gutt.* 25
Radicis Gentianae pulv.
Extracti Trifolii ãa 3,0
Glycerinae *Gutt.* 15
Radicis Althaeae pulv. q. s.

M. f. pilulae 150. Conspergantur Cassia cinnam. pulverata.

*Signa:* Quoque die per aliquot hebdomades mane, post prandium et vespere sumantur pilulae binae vel ternae.

## Pilulae antidiabeticae.

*Harnruhrpillen.*

Rp. Jodoformii 2,5
Acidi carbolici 5,0
Conchinini sulfurici 10,0
Extracti Gentianae 12,0
Glycerinae 8,0
Tragacanth. 3,0
Rad. Althaeae 2,0
Rad. Gentian. q. s.

M. f. massa pilul., ex qua pilulae quadringentae formentur. D. ad vitrum. S. Pilulae ternae ter quaterve per diem, post duas hebdomades pilulae quaternae sumantur. Potus liquorum spirituosorum evitandus est.

## Pilulae antidyspepticae.

Rp. Strychnini nitrici 0,15
Radicis Ipecacuanhae
Extracti Belladonnae ãa 0,6
Massae mercurialis
Extracti Colocynthidis compositi ãa 12,0.

M. f. pilulae ducentae (200). *Nat. Form. Dosis:* Bis terve per diem pilulae duae.

## Pilulae antiherpeticae

Kleinhansii.

Rp. Arsenii jodati 0,3
Herbae Conii 0,6
Cassiae cinnamom. 0,2
Rhizomatis Zingiberis 0,2
Corticis Aurantii 0,4
Sacchari lactis 1,5
Mucilaginis Amyli q. s.

Misce. Fiant pilulae triginta (30).
*Dosis:* Ter quaterve p. d. pilula.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0590-7 DFG

### Pilulae antihydropicae.

Massa pilularum s. Pilulae ad hydropicos.

Rp. Stibii sulfurati rubei
Calomelanos aa 1,0
Bulbi Scillae pulv. 2,0
Saponis medicati 6,0
Olei Juniperi bacc. 2,0.

M. l. a. Fiant pilulae centum (100).

### Pilulae antihystericae.

Massa pil. antihystericarum.

Rp. Massae pilul. aperientium
— — gummos. aa *P.*

Misce. Fiant pilulae ponderis 15 Centigrammatum.

### Pilulae antihystericae Sydenhami.

Rp. Asae foetidae 6,0
Galbani
Myrrhae aa 3,0
Castorei (Canad.) 0,5

Misce. Fiant pilulae 100 vel ponderis 125 Milligrammatum. Conspergantur radice Iridis pulverata.

### Pilulae antineuralgicae.

*Gross' Antineuralgic Pills or Neuralgia Pills.*

Rp. Chinini sulfurici 12,5
[1] Morphini sulfurici 0,3
Strychnini nitrici 0,2
Acidi arsenicosi 0,3
Extracti Aconiti 3,0
Extracti Gentianae 2,5
Radicis Gentianae q. s.

M. f. pilulae centum quinquaginta (150). (*Nat. Form.*)

*Brown-Séquard's Antineuralgic or Neuralgia Pills.*

Rp. Extracti Hyoscyami
[2] — Conii aa 4,0
— Strychni
— Opii aa 3,0
— Cannabis Indic. 1,5
— Stramonii 1,25
— Aconiti 2,0
— Belladonnae 1,0
Radicis Gentianae pulv. q. s.

M. f. pilulae centum quinquaginta (150). *Dosis* 1—2 pil., pro die 8—12 pil.

### Pilulae antiperiodicae.

*Warburg's Pills.*

Rp. Extracti Aloës 6,0
Radicis Rhei
Fructus Angelicae aa 3,0
Radicis Helenii
Croci
Fructus Foeniculi aa 1,5
Rhizomatis Zedoariae
Fructus Cubebae
Myrrhae
Boleti Agarici
Camphorae aa 0,75
Chinini sulfurici 8,5
Extracti Gentianae q. s.

M. f. pilulae ducentae (200).

Pilulae antiperiodicae sine Aloë.

*Warburg's Pills without Aloes.*

Eodem modo ut supra, Aloën non addendo, parentur. *Nat. Form.*

### Pilulae antiphlogisticae Hageri.

*Conchininpillen. Hager's entzündungswidrige Pillen. Katarrhpillen. Universalhustenpillen.*

Rp. Conchinini sulfurici 50,0
Tragacanthae 10,0
Radicis Althaeae 4,0
Radicis Gentianae 42,0
Glycerinae 32,0
Acidi hydrochlorici (pd. spec. 1,124) 20,0.

Misce, ut fiat massa mollis, quam per horam dimidiam sepone, ut denuo contundata in massam pilularem transeat. Forma ex massa pilulas mille (1000), Cassia cinnamomea pulverata conspergendas. Pilulae per dies duos aëri expositae in vitris obturatis asserventur.

Pilulae hae contra omnes febrium valetudines, contra catarrhum bronchialem, pulmonalem, stomachalem, contra enterophlogosin, cystitidem etc., nec minus contra phlogosin in partibus extremitatum prodientem. Conchininum phlogosin minuens piogene-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0591-3 DFG

sin detinet. Conchinino vires adventiciae insuaves Chinini desunt.

*Dosis* pilularum: 3—4—5 pil., pro die 10—15—20—25 pil., quae devorentur cum infuso Coffeae tostae vel Avenae decorticatae.

**Pilulae antispasmodicae**
Heimii.
Pilulae antihystericae Heimii.

Rp. Asae foetidae 10,0
Ferri pulv. 2,5
Castorei Canadensis 1,25
Extracti Quassiae q. s.

Misce. Fiant pilulae 150, Lycopodio conspergendae.

**Pilulae antispasticae.**
*Krampfpillen.*

Rp. Asae foetidae
[1] Extracti Valerianae aa 5,0
Opii pulverati 0,5
Olei Cajaputi *Gutt.* 5.

M. f. pilulae (100), quarum singulae contineant 5 Milligrammata Opii.

Rp. Asae foetidae 5,0
[2] Opii pulverati 1,0
Chinini sulfurici 2,5
Extracti Gentianae 5,0
Olei Cajaputi
Olei Menthae pip.
Glycerinae aa *Gutt.* 5.

Misce. Fiant pilulae (100), quarum singulae contineant unum Centigramma Opii. Quaque tertia hora sumantur pilulae singulae.

**Pilulae aperientes.**
Massa pil. aperientium (cum Marte).

Rp. Extracti Aloës 10,0
Extracti Rhei compositi 5,0
Ferri pulverati 2,5.

Fiant pilulae 150 vel ponderis 12 Centigrammatum.

**Pilulae aperientes**
Nothnagel.

Rp. Podophyllini 0,3
Extracti Aloës
— Rhei aa 3,0
— Taraxaci q. s.

M. f. pilulae quadraginta (40).

*Dosis:* Vespere pilula. Si venter nihil reddit, die altero pilulae duae vel tres.

**Pilulae aperientes**
Stahlii.
Pilulae Halenses contra obstructiones.
Pilulae aperitivae Stahlii.

Rp. Aloës 5,0
[1] Extracti Colocynthidis 2,5
Ferri pulv. 1,25
Mucilagin. Gummi Arabici q. s.

M. f. pilulae (100), quarum singulae contineant 5 Centigrammata Aloës. Conspergantur Cassia cinnamomea pulverata.

*Nota:* Hae pilulae recens paratae vulgo tumescunt, melius secundum hoc praescriptum operaris:

Rp. Aloës 5,0
[2] Extracti Colocynth. comp. 2,5
Ferri pulverati 1,25
Radicis Gentianae 1,0
Aquae destill. q. s.

Mixta per tres horas seponantur et interdum agitentur, tum ope radicis Althaeae quantitatis sufficientis in massam pilularem redigantur, ex qua formentur pilulae centum ut supra.

*Dosis:* pilulae 2—3.

**Pilulae Argenti nitrici.**

Rp. Argenti nitrici 1,0
Boli albae, Acido nitrico elotae, 10,0
Aquae destill. q. s.

M. f. pilulae centum (100), Bolo alba conspergendae.

**Pilulae Armenienses.**
*Pilules de bol d'Arménie de Charles-Albert.* Pilulae Raquinii.

Rp. Balsami Copaivae q. l.

In balneo vaporis evaporetur ad spissitudinem emplastri. Hujus

Residui 25,0

admisce

Magnesiae ustae 2,0
Aquae destill. *Gutt.* 5

et postquam massa induruisset

Cubebarum pulveratarum
Boli Armenae pulv. aa 7,5.

Fiat massa, ex qua formentur pilu-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0592-9
DFG

lae ponderis 5 Decigrammatum, Bolo Armena pulverata conspergendae.

**Pilulae arsenicales.**

Pilulae Asiaticae. *(Tanjore pills.)*

Rp. Acidi arsenicosi (Arsenici albi) 0,5.

Subtilissime pulveratum commisceatur inter continuatam triturationem cum

Piperis nigri pulv. 5,0.

Mixtione optime peracta, adde

Gummi Arabici 1,0

Aquae q. s.

Fiant pilulae (100), quarum singulae contineant 5 Milligrammata vel 0,005 Gramm. Acidi arsenicosi. *Dosis:* mane et vespere pilulae singulae. *(Ph. Gall.)*

**Pilulae Asae foetidae.**

Pilulae Asae foetidae compositae. Pilulae Galbani compositae.

Rp. Asae foetidae
[1] Galbani
Myrrhae $\widehat{aa}$ 10,0
Syrupi communis 5,0.

M. f. pil. *Dos.* 0,3—0,6. *Ph. Brit.*
*Ph. U. St.* Asae foetidae 19,5, Sapon. 6,5. M. f. pil. centum (100).

Pilulae Asae foetidae gelatinatae.

Rp. Asae foetidae q. v.

[2] Ope aquae leni calore fiant pilulae, quae siccatae, ponderis 15 Centigrammatum, l. a. Gelatina animali obducantur.

Hae pilulae (loco Gelatinae) Saccharo tragacanthinato obductae praebent:

**Pilulae Asae foetidae tragacanthatae.**

**Pilulae Asae foetidae succinatae.**

Pilulae foetidae succinatae.

Rp. Asae foetidae 5,0
Castorei Canad. 2,5
Acidi succinici 1,5
Olei animal. Dippelii *Gutt.* 10.
Tincturae Myrrhae q. s.

M. f. pilulae 75.

**Pilulae Augustinorum.**

*Wiener Kaiserpillen.*

Rp. Aloës 25,0
Radicis Rhei 3,0
Scammonii
Colocynthidis pulv.
Radicis Jalapae
Myrrhae $\widehat{aa}$ 1,0
Aquae q. s.

Misce. Fiant pilulae ducentae (200). Irrorentur Aethere, neve conspergantur.

**Pilulae balsamicae** (Stahlii).

Rp. Extracti Aloës
— Myrrhae $\widehat{aa}$ 2,0
— Absinthii
— Rhei compositi
Saponis medicati
Mastiches $\widehat{aa}$ 1,0.

Misce. Fiant pilulae sexaginta (60), conspergendae Lycopodio.

*Nota.* Ad usum mercatorium hae pilulae vulgo Argento foliato obducuntur.

**Pilulae balsamicae Mortonis.**

Pil. balsamicae *Ph. Belg. Pilules balsamiques de Morton.*

Rp. Oniscorum Asellorum 8,0
Ammoniaci 4,0
Acidi benzoïci 3,0
Croci pulverati
Balsami de Tolu $\widehat{aa}$ 0,5
Olei Anisi sulfurati 2,5.

Continuo conterendo fiat massa, ex qua formentur pilulae centum (100).

**Pilulae Balsami Copaivae.**

Rp. Massae Balsami Copaivae
Radicis Althaeae pulv. $\widehat{aa}$ 15,0.

Misce. Fiant pilulae ducentae (200).

**Pilulae Balsami Copaivae compositae.**

Pilulae Copaivae cum Cubebis.

Rp. Cerae flavae 18,0.

Leni igne liquata misce agitando cum

Balsami Copaivae 20,0.

Refrigeratis admisce

Cubebarum pulv. 30,0

vel quantum sufficit, ut fiat massa, ex qua formentur pilulae trecentae (300).



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0593-5 DFG

**Pilulae Balsami Copaivae cum Magnesia usta.**

Rp. Balsami Copaivae 25,0
Magnesiae ustae 2,25.

Mixta seponantur per aliquot dies, ut fiat massa spissitudinis Terebinthinae spissioris. Tum admiscendo

Radicis Althaeae pulv. 25,0

fiant pilulae ponderis 15 Centigrammatum.

**Pilulae Balsami Copaivae tannatae.**

*Tripperpillen.* *(Ad usum mercatorium.)*

Rp. Terebinthinae coctae pulv.
[1] Balsami Copaiv. cerati aa 5,0.

Mixtis adde

Gallarum subt. pulv. 10,0

vel quantum sufficit, ut fiat massa, ex qua formentur pilulae centum et viginti (120). Pilulae radice Liquiritiae pulverata conspergantur.

*Pilules de Sainte-Marie.*

Rp. Conservae Rosae 30,0
[2] Balsami Copaivae 7,0
Sanguinis Dracon. 3,0
Calomelanos 1,0.

M. l. a. Singulae pilulae sint ponderis 25 Centigrammatum.

**Pilulae Bartonii.**

Rp. Acidi arsenicosi 0,6
Saponis medicati 10,0
Opii pulverati 2,5.

M. f. pilulae (200), quarum singulae contineant tria Milligrammata Acidi arsenicosi.

**Pilulae bechicae Heimii.**

Pilulae Heimii contra tussim.

Rp. Extracti Helenii 6,0
Radicis Ipecacuanhae
Foliorum Digitalis aa 1,0
Opii puri 0,6.

Misce. Fiant pilulae (50), quarum singulae contineant 2 Centigrammata (1/3 Grani p. m. Norici) radicis Ipecacuanhae. Pilulae radice Liquiritiae pulverata conspergantur.

*Usus.* Dentur singulae pilulae quaque hora tertia quartave.

**Pilulae Beddoës.**

Rp. Natri bicarbonici
Saponis medicati aa 10,0
Piperis Hispanici 1,0.

M. l. a. cum aqua, ut fiat massa, ex qua pilulae 150 formentur. *Usus* in dyspepsia.

**Pilulae benedictae Fulleri.**

Pilulae aloëticae foetidae. *Pilules bénites de Fuller.*

Rp. Aloës 6,0
Foliorum Sennae 3,0
Asae foetidae
Galbani
Myrrhae aa 1,5
Macidis
Croci aa 0,75
Ferri sulfurici cryst. 10,0.

Singula seorsum trita commisce cum

Olei Succini rectf. *Gutt.* 15
Mellis 6,0
Spiritus V. rectf. q. s.,

ut fiat massa, ex qua pilulae 150 formentur.

**Pilulae calmantes**

s. sedantes Ricordii.

Pil. contra tussim Ricordii.

Rp. Morphini hydrochlorici 0,3
Extracti Hyoscyami 0,5
Radicis Belladonnae
Radicis Liquiritiae
Mellis aa 3,0
Balsami Tolutani
Massae Cacao aa 5,0.

M. f. pilulae (100), quarum singulae contineant tria Milligrammata Morphini hydrochlorici. Conspergantur Lycopodio.

*Usus.* Dentur singulae pilulae quaque hora quinta sextave in bronchitide chronica, tussi chronica.

**Pilulae Calomelanos compositae** *Ph. Brit.*

Pilulae Hydrargyri subchloridi compositae.

Rp. Calomelanos
Stibii sulfurati rubei aa 1,0

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0594-1

Resinae Guajaci 2,0
Olei Ricini 0,9.

Misce, fiant pilulae triginta (30). S. Mane et vespere, pilulae duo, tres vel quatuor sumantur.

**Pilulae contra Catarrhum vesicae urinae Gallii.**

Rp. Balsami Copaivae
Terebinthinae āā *P.*
Magnesiae ustae q. s.

Misce. Post aliquod tempus pilulae ponderis duorum Decigrm. formentur.

**Pilulae catharticae compositae** *Ph. U. St.*

Rp. Extr. Colocynth. comp. 8,4
Abstracti Jalapae 6,5
Calomelanos 6,5
Gutti 1,6.

M. f. pil. centum (100). *Dos.:* Pilul. una vel duae. *Ph. U. St.*

**Pilulae catharticae vegetabiles.**

*Improved vegetable Cathartic Pills.*

Rp. Extracti Colocynthidis compositi 6,0
Resinae Podophylli
Resinae Jalapae
Extracti Leptandrae āā 1,5
— Hyoscyami
— Gentianae āā 3,0
Olei Menthae piperitae 0,5.

M. f. pilulae centum (100). *Dosis:* 1—2 pil., pro die 6—8 pil. *Nat. Form.*

**Pilulae Cauvini.**

*Pilules végétales gourmandes purgatives et dépuratives de Cauvin de Paris.*

Rp. Gummi-resinae Gutti
Tuberum Jalapae
Aloës āā 2,0
Radicis Rhei 0,6
Radicis Althaeae 2,25
Spiritus Vini rectificati et Aquae q. s.

M. f. pil. No. 30, quae mucilagine Tragacanthae obductae pervolvantur in pulvere subtilissimo, miscendo parato e Croco, Radice Rhei et Ligno Santali rubri. Tum pilulae laevigentur.

**Pilulae cephalicae.**

Rp. Colocynthidum praep.
Tuberum Jalapae
Scammonii
Saponis jalapini
Gutti āā 2,25
Aquae destill. q. s.

Misce. Fiant pilulae (150), quarum singulae contineant 15 Milligrammata Gutti. Pilulae Lycopodio conspergantur. Mane et vespere pilulae singulae sumantur.

**Pilulae Chevalieri** (antiscrophulosae).

Rp. Extracti Taraxaci
Lupulini āā 5,0
Radicis Althaeae q. s.

Misce. Fiant pilulae centum (100). Singulae contineant 5 Centigrammata Lupulini. Consperge Cassia cinnamomea pulverata.

**Pilulae Chinini.**

Rp. Chinini sulfurici 5,0
Acidi hydrochlorici 1,0
Extracti Gentianae 2,5
Radicis Gentianae q. s.

M. f. pilulae (100), quarum singulae contineant 5 Centigrammata Chinini sulfurici. Conspergantur Cassia cinnamomea pulverata.

**Pilulae Chinini ferratae.**

Rp. Chinini sulfurici 3,0
Ferri sulfurici cryst. 5,0
Radicis Althaeae 2,0
Glycerinae 1,0
Syrupi Sacch. q. s.

M. Fiant pilulae centum (100). Parentur ex tempore. *Ph. Fenn. milit.*

**Pilulae cholagogae Copland.**

Rp. Extr. Colocynth. comp. 5,0
Rad. Ipecacuanhae 1,0
Extr. Hyoscyami 3,0
Sapon. medicati 1,0
Spirit. diluti q. s.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0595-7

M. f. massa, ex qua pilulae 50 formentur. *Dosis:* Pro die ter quaterve pilula una sumatur. Vis purgativa.

### Pilulae Cocaïni dentariae.

Globuli dentarii cocaïnati. *Zahnschmerzpillen.*

Rp. Cocaïni hydrochlorici 3,0
Opii pulv. 12,5
Mentholi 4,0
Rad. Iridis Florent. pulv.
Rad. Althaeae pulv. āā 5,0
Glycerinae 8,0
Aquae destill. q. s.

Misce, ut fiat massa pilularis, ex qua pilulae ponderis 0,03 formentur. Consperge pulvere ligni Santali rubri. Serva in lagenis obturatis. *Usus:* Pilula denti cavo dolenti imprimitur.

### Pilulae Colocynthidis compositae.

Pilulae Cocciae. Pilulae Rudii. Pilulae panchymagogae. *Cochia-Pills. Pilules cochées mineures. Pilules de Coloquinte composées.*

Rp. Aloës
Fructus Colocynthidis pulv.
Scammonii āā 10,0
Mellis liquidi 30,0 vel q. s.
Olei Caryophyll. 0,2.

Fiant pilulae 200, quarum singulae contineant Centgm. 5 Scammonii. Argento foliato obducantur. *Ph. Gall.*

*Dosis:* Pro die 1—4 pilulae.

*Ph. Fenn.* Caryoph. 1,0, Res. Jalap. 2,0, Extr. Colocynth. 7,0, Extr. Absinth. q. s. M. f. pilulae centum (100).

*Ph. Brit.* Colocynth. pulv. 4,0, Aloës Barb. 8,0, Resin. Scammon, 8,0, Kali sulfurici 1,0, Ol. Caryoph. 1,0, Aquae q. s. M. f. massa pil. *Dosis:* 0,3—0,6.

### Pilulae Colocynthidis cum Hyoscyamo.

Rp. Extracti Colocynth. comp. 2,0
Extracti Hyoscyami 1,0.

Misce. Fiant pilulae triginta. *Dosis* pro die: Pil. 3—6. *Ph. Brit.*

### Pilulae Conii compositae.

Rp. Extracti Conii 5,0
Rad. Ipecacuanh. 1,0
Syrupi communis q. s.

M. f. massa pil. (Extr. Conii sit consistentiae pilularis). *Dosis:* 0,3—0,6. *Ph. Brit.*

### Pilulae convalescentiam adjuvantes Jahni.

*Jahn's Reconvalescenzpillen.*

Rp. Ferri pulverati 15,0
Rad. Colombo 5,0
Rad. Rhei
Cort. Cinnamomi āā 2,5
Extr. Quassiae q. s.

Misce, ut fiat massa pilularis, ex qua pilulae pond. gr. 0,2 formentur. Cass. cinnamom. consp.

*D. S. 3mal täglich 2—3 Pillen.*

### Pilulae Cupri oxydati Hageri.

*Hager's Bandwurmpillen.*

Rp. Cupri oxydati nigri 6,0
Calcariae carbonicae 2,0
Boli albae laevigatae 12,0
Glycerinae 10,0.

Misce. Fiant pilulae centum et viginti (120). D. S. Hebdomade prima per diem quater pilulae duae, hebdomade sequente per diem quater pilulae tres sumantur. Interea cibi et potus aciduli evitandi sunt. Tandem cochlear olei Ricini sumi potest. Hae pilulae sunt remedium certum et periculi veneficientis expertes.

### Pilulae Cupri sulfurico-ammoniati.

Pilulae Cupri ammoniati. Pilulae cupreae.

Rp. Cupri sulf. ammoniati 1,5
Micae Panis albi 7,5
LiquorisAmmonii caustici q. s.

M. f. pilulae (100), quarum singulae contineant 15 Milligrammata salis cuprici.

### Pilulae Cynoglossi compositae.

Pilulae Opii compositae.

Rp. Rad. Cynoglossi
Sem. Hyoscyami
Opii ana 4,0

Myrrhae 6,0
Olibani 5,0
Styracis calamitae
Caryophyllorum
Cass. cinnam. $\widehat{aa}$ 2,0
Mucilag. Gummi Arab. q. s.

Misce, ut fiat massa, ex qua pilulas ponderis 0,06 vel pilulas quingentas forma. Pilulae singulae contineant Opii 0,008 grammatis.

### Pilulae dialyticae.

*Pilules dialytiques de Socquet et Bonjean.*

Rp. Natri silicici 1,25
Natri benzoici 2,5
Extracti Colchici 0,6
Extracti Aconiti 0,5
Saponis medicati q. s.

M. Fiant pilulae triginta (30), quae Saccharo obducantur. *Dosis:* Pro die ter pilulae binae, ternae vel quaternae (in deathesi urica, lithiasi, arthritide, rheumate, neuralgia).

*Nota.* Pilulae quinque sunt dosis periculosa!

### Pilulae digestivae pepsinatae.

Pilulae concoctiones adjuvantes. *Verdaupillen. Verdauung fördernde Pillen.*

Rp. Pepsinae concentratae 5,0
Radicis Rhei
Radicis Gentianae $\widehat{aa}$ 8,0
Radicis Althaeae 1,5
Extracti Gentianae 3,0
Acidi hydrochlorici (25%) 2,5
Glycerinae dilutae 2,5 vel q. s.

Misce, fiant pilulae ducentae (200). Per diem unum aëri expositae in vitro clauso loco frigido serventur. Signa: *Nach dem Essen 2—3 Pillen zu nehmen* (post coenam pilulae duae vel tres sumantur).

### Pilulae Dzondii.

Pilulae mercuriales Dzondii.

Rp. Hydrargyri bichlorati corrosiv. 0,72
Aquae destillatae *Gutt.* 5.

Exacte contritis immisce

Sacchari albi
Micae Panis albi recentis aa 7,0.

Misce, ut fiat massa, ex qua pilulae 240 formentur. Pilulae singulae contineant tria Milligrammata Hydrargyri bichlorati corrosivi. Conspergantur Lycopodio.

*Dosis:* Die primo pilulae quatuor, quoque die alterno binae pilulae dosi, quae die alterno praecedente sumpta est, superadduntur, usque dum aeger pilulas triginta (30) pro die ceperit. Pilulae semper quoque die alterno sumantur! (Syphilis secundaria.)

### Pilulae emmenagogae.

Rp. Extracti Aloës
Ammonii muriatici martiati
Summitatum Sabinae $\widehat{aa}$ 2,5
Extracti Senegae 4,0.

M. Fiant pilulae nonaginta (90). Conspergantur Lycopodio. *Dosis:* ter pro die pilulae duae ad quinque.

### Pilulae contra febres recidivas.

*Pillen gegen immer wiederkehrendes Wechselfieber.*

Rp. Chinoidini 10,0
Acidi tartarici 3,0
Aloës 0,5
Liq. Ferri sesquichlorati 5,0
Extracti Gentianae 5,0
Pulveris aromatici q. s.

Misce. Fiant pilulae 150. Conspergantur Cassia cinnamomea pulverata.

*Usus:* Quoque altero die sumantur mane, ante prandium et vespere pilulae quatuor vel quinque.

### Pilulae febrifugae.

*Fieberpillen.*

Rp. Chinioidini 10,0
Acidi tartarici 3,0
Pulveris aromatici 3,0
Aloës 0,25
Extracti Gentianae q. s.

M. f. pilulae centum (100) Cassia cinnamomea conspergendae.

*Usus:* Mane et vespere (ne inter paroxysmum!) pilulae quinque vel sex.

### Pilulae Ferri bromati.

Pilulae Bromureti ferrosi.

Rp. Ferri bromati 15,0

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0597-9 DFG

Ferri pulverati 0,1
Gummi Arabici q. s.
Rad. Liquirit. pulv. q. s.

Ferrum bromatum adhuc humidum (e Bromi 11,1 recens paratum) cum ferro pulverato evapora ad grammata circiter duodeviginti (18) residua, tum adde Gummi Arabicum et pulverem Liquiritiae, ut massa pilularis fiat, ex qua pilulae trecentae (300) formentur. Singulae pilulae contineant 0,05 g. ferri bromati. *(Ph. Gall.)*

## Pilulae Ferri carbonici Blaudii.

Pilulae antichloroticae s. ferratae s. ferruginosae Blaudii.
*Blaud's Pills.*

Rp. Ferri sulfurici cryst.
[1] Kali carbonici sicci aa 10,0.

Conterendo mixtis et in pulverem redactis post horae quadrantem adde

Glycerinae 5,0
Sacchari albi 8,0.

Post horae quadrantem adde

Radicis Althaeae pulv. q. s.,

ut fiat massa, ex qua formentur pilulae ducentae (200), conspergendae Cassia cinnamomea pulverata. Si poscitur, pilulae siccatae Argento foliato obducantur.

*Nota.* Pilulae singulae contineant circiter 0,02 Grm. Ferri carbonici, vel 0,01 g. ferri.

Rp. Ferri sulfurici cryst. 15,0
[2] Sacchari albi 3,0.

Conterendo pulveratis admisce mixturam paratam in mortario altero e

Kalii carbonici 9,0
Glycerinae 2,0.

Leni calore agita, donec massa colorem subviridem acceperit. Tum admisce

Tragacanthae pulv. 1,5.

Contritione peracta adde

Aquae destill. q. s.,

ut massa pilularis efficiatur. Ex massa forma pilulas centum et quinquaginta (150). Consp. Cassia cinnamomea pulverata. Singulae pilulae continent 0,02 Grm. ferri.

*Ph. Gall.* Singulae pilulae sint ponderis 0,4 et Argento foliato obductae. Parantur e Ferri sulf. cryst. siccati, Kali carb. puri aa 30,0, Gummi Arab. 5,0, Aq. dest. 30,0, Syr. simpl. 15,0. Calore modico inter agitationem in massam pilul. redacta in pilulas ducentas (200) formentur. Singulae pilulae 0,1 carbonatis ferrosi continent.

## Pilulae Ferri carbonici Valleti.

Pilulae Carbonatis ferrosi *Ph. Gall.* Pilulae Ferri carbonici Ph. Germanicae. Pilulae ferratae Valleti. Massa pilularum ferratarum Valleti. Massa Ferri Carbonatis.

Rp. Ferri sulfurici cryst. *P.* 25.
Solve in

Aquae destill. fervidae *P.* 100,

quibus additae sint

Syrupi Sacchari *P.* 5.

Tum solve

Natri bicarbonici dep. *P.* 20

in

Aquae destill. tepidae *P.* 250
Syrupi Sacchari *P.* 5,

antea mixtis.

Liquores filtrati misceantur in vase bene obturando, quod totum iis repleatur. A praecipitato deposito liquorem supernatantem decanthatione separa, et denuo reple vas

Aqua destillata

cum

Syrupo Sacchari

mixta.

Vas sedulo agita, tum sepone per horas duodecim, decantha liquorem supernatantem, et itera edulcorationem et omnes has operationes, donec in liquore natri nec sulfurici nec carbonici vestigia reperiantur. Tum exprime praecipitatum in linteo syrupo simplici imbuto inclusum, et celeriter cum

Sacchari pulv. *P.* 4
Mellis crudi *P.* 13

misce, quae in balneo vaporis antea calefactae sunt.

Mixtum evaporetur in eodem balneo ad *P.* 27 remanentes.

E denis (10) Grammatis hujus massae addendo Radicem Althaeae pulveratam pilulae centum (100) formentur, quae Cassia cinnamomea conspergendae sunt. Pilulae singulae grammata 0,02 Ferri continent. *(Ph. Germanica.)*

*Ph. Gall.* Ferr. sulf. cryst. 10,0,

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0598-5
DFG

Natri carb. cryst. 12,0, Mellis et Sacchari lactis ana 3,0, Sacchari q. s. Rad. Liquirit. q. s. Pilulae ponderis 0,25, plerumque argento foliato obductae.

*Ph. Brit.* Pil. Ferri Carbonatis: Ferri carbonici saccharati 4,0, Conservae Rosae 1,0. M. f. massae pil. *Dos:* 0,3—1,2.

### Pilulae Ferri chlorati.

Pilulae Chlorureti ferrosi.

Rp. Ferri chlorati sicci 10,0
Gummi Arabici pulv.
Rad. Liquiritiae pulv. $\widehat{aa}$ 5,0
Aquae q. s.

M. f. pilulae centum (100). Pilulae ferro pulverato conspersae lacca pilulari obducantur. *Ph. Gall.*

### Pilulae Ferri compositae (Griffithii).

Pil. Ferri cum Myrrha. Pil. Myrrhae ferratae.

Rp. Kali carbonici sicci
Ferri sulfurici cryst. $\widehat{aa}$ 2,5.

Pulverata conterendo commisceantur et per horam dimidiam seponantur. Tum admisce

Myrrhae pulveratae 5,0
Extracti Gentianae q. s.,

ut fiat massa pilularis, ex qua formentur pilulae centum (100).

*Ph. U. St.* Natr. carb., Ferri sulf. ana 4,85, Myrrh. pulv. 9,75, Syr. Sacch. q. s, Fiant pil. 100.

*Ph. Fenn.* Ferr. sulfur. cryst. 3,0, Kali carbonici 6,0, Myrrhae 12,0, Muc. G. Arab. q. s. Fiant pil. centum (100). Ex tempore parentur.

### Pilulae Ferri jodati (Blancardi).

Pilulae Protojodureti Ferri (*Deñique*). Pil. Ferri Jodidi *Ph. Brit. Ph. U. St.* Pil. Jodeti ferrosi.

Rp. Aquae destill. 5,0.

[1] In mortarium porcellaneum ingestis adjice

Ferri pulverati 2,5
Jodi 5,0

et paulum agita, donec color fuscus evanuerit. Tum admisce

Sacchari albi 5,0
Radicis Althaeae pulv. 2,0
Radicis Liquiritiae 8,0 vel q. s.

M. f. l. a. pilulae centum et viginti (120), quas consperge Ferro pulverato vel reducto et loco tepido sicca. Pilulae siccatae Tinctura Balsami Tolutani vel liquore infra notato irrorentur et siccentur.

Quaevis pilula continet 5 Centigrammata Ferri jodati. *Dos.:* Pilul. 1—2 ter per diem.

Rp. Jodi 40,0
[2] Ferri limati 20,0
Aquae destill. 60,0.

In lagenulam immissa agitentur, et liquor post aliquod tempus viridulus filtretur, liquorem ab filtro defluentem in patina pondere ejus antea determinata, quae

Mellis albi 50,0

continet, excipiendo et filtrum aqua cum paululo mellis mixta eluendo.

Liquor filtratus cum Melle ad *Gm.* centum (100) remanentia evaporetur et refrigeratus misceatur cum quantitate sufficiente mixturae paratae e

Radicis Glycyrrhizae pulv. et
Radicis Althaeae pulv. $\widehat{aa}$ *P.*,

ut fiat massa, ex qua formentur pilulae mille (1000), quae recentes primo ferro subtilissime pulverato conspergantur, dein vernice, parata e Mastiche, Balsamo Tolutano et Aethere, obducantur. Indumento resinoso siccato pilulae in lagenis bene obturatis serventur. Pilulae singulae contineant 0,05 Jodureti ferrosi. *Ph. Gallica.*

*Ph. U. St.* Ferri red. 4,0, Jodi 5,2, Rd. Liquir. 3,25, Sacch. 3,25, Extr, Liquir. 0,75, G. Arab. 0,75. Aq. q. s. M. Fiant pil. 100, Lacca obducendae.

*Ph. Brit.* Ferri pulv. 4,0, Jodi 8,0. Sacchari 7,0, Rad. Liquirit. 14,0, Aquae 4,6. M. f. massa pil. *Dos.:* 0,2—0,5.

*Ph. Hungaric.* Jodi 8,0, Ferri pulv. 5,0, Aq. dest. 7,0, Liquori filtrato adde Mell. crudi albi 5,0, tum Rd. Althaeae et Liquirit. pulv. $\widehat{aa}$ 5,0. Pil. 120,0, solutione Bals. Tolut. in Aethere obducendae.

Liquor verniceus ad pilulas Blancardianas.

Rp. Mastiches 2,0
Balsami Tolutani 6,0

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0599-2 DFG

Spiritus V. absoluti 5,0
Aetheris 20,0.

Macera saepius agitando, donec solutio effecta fuerit, tum decantha.

## Pilulae Ferri magnesiatae.

Pilulae Ferri cum Magnesia. Pil. Magnesiae ferratae. *Eisenmagnesiapillen.*

Rp. Ferri sulfurici cryst. triti 50,0
Sacchari albi 10,0
Magnesiaesubcarbonicae 17,5.

Conterendo mixtis adde
Aquae fervidae 50,0.

Mixtione peracta, sepone loco calido, a luce remoto, donec massa exsiccata fuerit. Hanc denuo in pulverem terendo in mortario porcellaneo redactam misce cum

Tragacanthae pulv. 2,0
Glycerinae 10,0
Aquae destill. q. s.,

ut fiat massa pilularis, ex qua pilulae ponderis 0,16 formentur. *Dosis:* Bis terve per diem pil. 2—3 (amenorrhoea, chlorosis).

## Pilulae Fragagastae

Dr. Grabmanni.

Rp. Hydrargyri bichlorati 0,2
Extracti Calami
Rhizomatis Calami pulv. āā q. s.,

ut mixta praebeant pilulas (30), ponderis 0,125 Centigrammatum, pulvere Rhizomatis Iridis Florentinae conspergendas.

## Pilulae Galbani compositae.

Rp. Galbani
Myrrhae ana 9,75
Asae foetidae 3,25
Syrupi Sacchari q. s.

M. Fiant pilulae centum (100) *Ph. U. St.*

## Pilulae Glonoinae.

*Nitroglycerinpillen. Pills of Nitroglycerin. Pills of Glonoïn.*

Rp. Solutionis Glonoïnae spirituosae (1 %)
Radicis Althaeae āā 12,5
Confectionis Rosae q. s.

Mixturam Glonoïnae solutae cum pulvere radicis Althaeae aëri expone, donec Spiritus ex parte evanuerit. Tum addendo confectionem Rosae massa pilularis efficiatur, ex qua formentur pilulae ducentae (200).

Pilulae singulae contineant 0,000625 g Nitroglycerinae. (*Nat. Form.*)

## Pilulae guajacinae

Ph. mil. Bor. vet.

Rp. Resinae Guajaci 15,0
Saponis medicati 9,0
Stibii sulf. aurant. 1,2
Spiritus Vini q. s.

M. Fiant pilulae ponderis 12 Centigrammatum.

## Pilulae gummosae.

Massa pil. gummosarum. Pilulae Galbani compositae.

Rp. Asae foetidae 10,0
Fuliginis splendentis
Galbani āā 20,0

Pulveratis admisce
Olei Succini rectf. 2,0.

Addendo Syrup. Sacchari fiat massa, ex qua formentur pilulae ponderis 0,125.

*Ph. U. St.* Galbani 9,75, Myrrh. 9,75, Asae foet. 3,25, Syrupi q. s., ut fiat massa pond. 22,75. Formentur pilul. centum (100).

## Pilulae Gutti aloëticae.

Pilulae Gutti compositae. Pil. Aloës cum Gutti. Pil. Cambogiae comp.

Rp. Gummi Arabici
Gutti āā 2,0
Galbani 3,0
Aloës 5,0
Olei Carvi 1,0
Syrupi Sacchari q. s.

M. f. pilulae ponderis 175 Milligrammatum.

*Ph. Fenn.* G. Arab., Gutti ana 3,0, Galb. 4,0, Aloës 7,0, Ol. Foeniculi 1,5, Syrupi Sacch. q. s. Pil. centum (100).

*Ph. Brit.* Gutti Cambog. pulv., Aloës Barbad., Pulv. aromatici ana 5,0, Sapon. pulv. 10,0, Syrupi Sacch. q. s. M. f. pill. *Dosis:* 0,3—0,6.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0600-8
DFG

**Pilulae haemostaticae Arani.**

Rp. Fol. Digitalis 1,0
Secalis cornuti 4,0.
Pulveratis immisce
Syrupi Sacchari q. s.,
ut fiat massa, ex qua pilulae viginti octo (28) formentur. *Dosis:* Pilulae sex ad decem pro die (haemorrhagia uteri, incitata corporibus fibrosis).

**Pilulae Helvetii.**

*Pilules alunées d'Helvétius.*

Rp. Aluminis 20,0
Sanguinis Draconis
Mellis rosati āā 10,0.
Misce. Fiant pilulae ducentae (200), Sanguine Draconis pulverato conspergendae. *Ph. Gallica.*
*Dosis:* Pilulae duae ad quinque de die (in tussi cruenta, haemorrhagia, choanorrhagia).

**Pilulae Herbarum**

*de Le Roi.*
*Leroi's Kräuterpillen.*

Rp. Aloës 1,5
Extracti Gentianae 4,0
Radicis Rhei pulv. 3,0
Foliorum Sennae pulv. q. s.
M. f. pil. ponderis 15 Centigrammatum. Conspergantur pulvere Rad. Liquiritiae.

**Pilulae Huchardi.**

*Huchard's Pillen gegen habituelle Leibesverstopfung.*

Rp. Podophyllini
Saponis medicati
Extr. Hyoscyami āā 0,3
— Rhei 1,0.
Misce. Fiant pilulae quindecim. *Signa:* Pilulae duae bis terve per diem (constipatio habitualis).

**Pilulae hydragogae Bontii.**

Pilulae Bontius. Pilulae Lemorti.

Rp. Aloës
Gutti
Ammoniaci āā 5,0
Radicis Althaeae 2,0
Aceti Vini q. s.
Misce. Fiant pilulae ponderis duorum Decigrammatum. (*Ph. Gall.*)

**Pilulae hydragogae Heimii.**

Rp. Gutti
Foliorum Digitalis pulv.
Bulbi Scillae pulv.
Stibii sulfurati aurant.
Extracti Pimpinellae āā 1,5.
Misce. Fiant pilulae sexaginta (60) Lycopodio conspergendae.

**Pilulae hydragogae Janini.**

Massa pilularum Janini.

Rp. Foliorum Sennae 6,0
Tartari depurati 1,0.
Coque cum
Aquae quantitate suff.
ad remanentiam Grammatum 35,0.
Colaturae fervidae adde pulverem mixtum ex
Agarici
Scammonii
Radicis Rhei āā 3,0
— Bryoniae 4,0
— Jalapae 15,0
Aloës 6,0
Colocynthidis praep.
Gutti
Calomelanos
Tartari stibiati āā 1,0
Ferri oxydati fusci
Kali nitrici āā 4,0
Hydrargyri sulfurati nigri 2,0.
Miscela evaporetur inter agitationem ad consistentiam massae pilularis, ex qua formentur pilulae ponderis 12 Centigrammatum (2 Granorum p. m. Norici), aut evaporetur ad siccum, et residuum in pulverem redigatur, quem in lagenis obturatis asserves.

**Pilulae hydragogae**

Schlesieri.

Rp. Olei Crotonis *Guttas* 2
Extracti Colocynthidis

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0601-4
DFG

Gutti $\widehat{aa}$ 0,6
Radicis Althaeae pulv. q. s.

Fiant pilulae octo (8) Lycopodio conspergendae.

## Pilulae Hydrargyri bichlorati.

Pilulae Chloreti hydrargyrici corrosivi Ph. Fennicae.

Rp. Hydrarg. bichlorati corr.
Ammonii chlorati
Sacchari albi $\widehat{aa}$ 2,0
Panis triticei 8,0.

Misce. Fiant pilulae ducentae quinquaginta (250).

## Pilulae Hydrargyri bichlorati opiatae.

Pilulae Dupuytreni. *Pilules de Dupuytren. Pilules de Deutochlorure de Mercure opiacées.*

Rp. Hydrargyri bichlorati corrosivi 0,2
Extracti Opii 0,4
Extracti Guajaci 0,8.

Misce, ut fiat massa, ex qua formentur pilulae viginti (20), quarum singulae contineant *Centigramma* Hydrargyri bichlorati corrosivi et *Centigrammata bina* Extracti Opii. *Ph. Gall.*

## Pilulae Hydrargyri jodati.

Rp. Hydrargyri jodati flavi
Rhizomatis Zingiberis $\widehat{aa}$ 0,6
Conservae Rosarum 1,2.

M. f. pilulae viginti (20). Singulae pilulae contineant 3 Centigrammata Jodureti.

## Pilulae Hydrargyri jodati opiatae
Ricordi.

Rp. Hydrarg. jodati flavi 3,0
Lactucarii Gallici 3,0
Extracti Opii 1,0
Extracti Conii 6,0.

M. f. pilulae sexaginta (60). S. Vespere pilula, posterius mane et vespere pilula.

## Pilulae Hydrargyri jodati opiatae.

Pilulae Jodureti hydrargyrosi *Ph. Gall.*

Rp. Hydrargyri jodati, recens parati 5,0
Extracti Opii 2,0
Rad. Liquir. pulv. 5,0
Mellis q. s.

Misce. Fiant pilulae centum. *Ph. Gall.*

*Dosis:* Mane et vespere pilula, aut pil. 1—2—3 per diem, contra aknen cuprosim, cariem scrophulosam.

## Pilulae Hydrargyri Plenkii.

Pil. mercuriales gummosae.

Rp. Hydrargyri
Gummi Arabici $\widehat{aa}$ 5,0
Mellis 20,0
Radicis Althaeae pulv.
Amyli $\widehat{aa}$ 10,0.

Hydrargyrum terendo extinguatur. Fiant pilulae ponderis 15 Centigrammatum.

## Pilulae hydrargyrosae
(s. coeruleae Anglorum).

Pilulae Hydrargyri. Pilulae mercuriales *Ph. Gall., Ph. Brit. Blues Pills.*

Rp. Hydrargyri 5,0.
Contere cum
Conservae Rosar. 7,5,
donec Hydrargyrum extinctum sit. Tum admisce
Radicis (aut Succi) Liquiritiae pulv. 2,5

vel quantum requiritur, ut fiat massa, ex qua formentur pilulae (100), quarum singulae contineant 5 Centigrammata Hydrargyri. *Ph. Gall., Brit. Dosis:* 0,2—0,5. Pilulae 5—10 sunt laxativae. Ad vim cholagogam pilulae 2—5 per diem. Etiam Massa mercurialis in pag. 469 conferatur.

## Pilulae Hyoscyami antiphlogisticae.

Rp. Extr. Hyoscyami 25,0
Acidi benzoïci
Acidi salicylici $\widehat{aa}$ 7,5
Radicis Althaeae 2,5

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0602-0

Radicis Gentianae 22,0
Extracti Gentianae 10,0
Aquae destill.
Glycerinae aa 2,5

Misce. Fiant pilulae 540. Pilula continet gramm. 0,046 Extracti Hyoscyami. Consp. Rad. Liquir. pulv. *Dosis:* Bihorio vel trihorio pilula una, simul Chinini sulfurici vel Conchinini sulfurici 0,2—0,3 grm. (pneumonitis, inflammationes organorum pectoris, enteritis etc.).

### Pilulae Jalapae.

Pilulae purgantes (jalapinae).

Rp. Saponis jalapini 15,0
Tuberum Jalapae pulv. 5,0.

Misce, ut fiat massa pilularis, ex qua formentur pilulae ponderis 10 Centigrammatum. Pilulae Lycopodio conspergantur. *Ph. Germanica.*
*Dosis:* adulto pil. 7—10.

### Pilulae Jalapae compositae.

Rp. Aloës
Resinae Jalapae
Saponis medicati
Tuberum Jalapae
Radicis Gentianae aa 10,0.
Pulveratis admisce
Aquae destill. q. s.,

ut fiat massa, ex qua formentur pilulae ponderis 18 Centigrammatum. *Dosis:* adulto pil. 8—10.

### Pilulae imperiales.

*Kaiserpillen.*

Rp. Aloës
[1] Radicis Rhei aa 5,0
Extracti Colocynthidis
— Rhei aa 2,0
Resinae Jalapae
Saponis medicati
Radicis Althaeae aa 1,0
Aquae destill. q. s.

Misce. Fiant pilulae ponderis 12 Centigrammatum. Hoc praeceptum sequenti semper praeferendum est.

Rp. Calomelanos
[2] Radicis Jalapae
Extracti Aloës aa 2,5
Colocynthidis pulv. 1,0
Resinae Jalapae 0,5.

M. f. pilulae. Massa praebeat pilulas 90. Pilulae 15 in scatulam dentur.

### Pilulae imperiales

(sine Calomelane).

Rp. Resinae Jalapae
Scammonii
Aloës
Gummi Gutti aa 20,0
Extracti Colocynth. 4,0
Saponis medicati 10,0
Radicis Gentianae 25,0
Aquae q. s.

Misce. Fiant pilulae 1000.

### Pilulae contra incontinentiam urinae.

Rp. Chinini sulfurici
Ferri sequichlorati soluti aa 3,0
Extracti Sem. Strychni spirituosi 1,0
Aloës 0,5
Extracti Gentianae 3,0
Radicis Gentianae pulv. q. s.

M. f. pilulae (100), quarum singulae contineant 10 Milligrammata Extracti Strychni. *Dosis:* quotidie ter pilula, paulatim numerum augendo, donec ter pilulae ternae sumantur.

### Pilulae Ipecacuanhae opiatae.

Rp. Pulveris Doveri q. v.
Conservae Rosarum q. s.

M. f. pilulae, quarum singulae contineant unum (1) Decigramma Pulveris Doveri.

### Pilulae Ipecacuanhae cum Scilla.

Rp. Pulv. Ipecacuanhae comp. 3,0
Bulb. Scill. pulv.
G.-R. Ammoniaci aa 1,0
Syrupi communis q. s.

Misce, f. massa pil. *Dosis:* 0,3—0,6 (Expectorans). *Ph. Brit.*

### Pilulae Kaempfii.

*Kämpf's Rothe-Backen-Pillen.*

Rp. Ferri sulfurici cryst. 5,0

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0603-6 DFG

Extracti Myrrhae
Galbani āā 15,0
Extracti Aurant. cort. q. s.

Misce. Fiant pilulae 150. *Dosis:* pro die quater vel quinquies pilulae quinque in chlorosi.

## Pilulae keratinatae.

*Keratin-Pillen.*

Pilulae perfectae et satis siccae primum supra catillum porcellaneum tepefactum et Oleo Cacao fuso illinitum per minutam ope digiti indicis modo rotatorio volvuntur, deinde in catillum frigidum translatae modo rotatorio volvuntur, ut levigentur. Quo facto, pilulae in chartam Keratina soluta illitam imponantur et ope digiti indicis volvantur, tum in catillum purum rejiciantur. Tegumento keratino satis siccato, haec operatio ulterior bis terve eodem modo repetatur.

Keratina soluta paretur solvendo Keratinam siccam subtile tritam in liquore Ammonii caustici duplice (20 %), ut liquor spissior efficiatur.

Hae pilulae devoratae stomachum peragrant, tum per pylorum pervadentes in duodenum ingrediunt, eum locum, in quo keratina solvitur et pilulae concoquuntur.

## Pilulae Kreosoti antiphthisicae

(Hager).

Pilulae anticachecticae kreosotatae.
*Schwindsuchtspillen.*

Rp. Kreosoti fagini 8,0
Cerae flavae q. s. (16,0)
Chinini sulfurici
Acidi salicylici ana 7,5
Balsami Tolutani 30,0
Rad. Gentianae q. s. (5,0).

M. f. pil. Nr. 600. (Pondus pilularum singularum 0,125 ne superet.) Lycopodio conspergantur.

D. ad vitrum. S. Pilulae 1—2—3 ter per diem (in phthisi, bronchitide, tuberculose). Per menses duos vel tres continuenter sumantur.

## Pilulae Kreosoti

(Wolff).

Rp. Kreosoti 4,0
Rad. Althaeae 3,0
Rad. Gentianae 4,0
Succi Liquiritiae 6,0
Glycerinae 2,0
Rad. Liquiritiae q. s.

M. fiant pil. 150. Gelatina obducantur. S. Mane et vespere pilulae tres. Dosi scandente ad pilulas decem per diem (tuberculosis).

## Pilulae laxantes

(*Ph. Hamb., Austr., Hung.*)

Pilulae purgantes. (*Ad usum mercat.*)

Rp. Aloës 10,0
Tuberum Jalapae 15,0
Saponis medicati 5,0
Fructus Anisi 2,5.

Pulveratis admisce
Aquae q. s.,

ut fiat massa, ex qua formentur pilulae ponderis 20 Centigrammatum. Purgans.

*Dosis:* adulto decem pilulae.

Pilulae purgantes cum Hydrargyro (*Ph. Hamb.*).

Pilulae catharticae comp. Pil. mercuriales. Pil. e Resina Jalapae s. purgantes *Ph. Hann., Hass.* Pil. mercuriales laxantes *Ph. Bad.*

Rp. Extracti Rhei compositi
Resinae Jalapae
Calomelanos
Saponis medicati āā *P.*

Misce. Fiant pilulae ponderis sex (6) Centigrammatum. *Dosis:* 10—12 adulto. (Purgans.) Non laudantur.

*Ph. U. St.* Pil. cathart. comp. — Extr. Colocynth. comp. 8,4, Abstracti Jalapae, Calomelan. ana 6,5, Gutti 1,6. Fiant pil. 100. *Dosis:* Pil. 1—2—3. (Purgans.)

## Pilulae laxantes

*ad us. mercatorium.*

Rp. Aloës 10,0
Resinae Jalapae
Saponis medicati
Radicis Jalapae
Radicis Rhei āā 5,0.

Pulveratis admisce
Aquae destill. q. s.,

ut fiat massa, ex qua formentur pilulae, quarum singulae contineant 5

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0604-1

Centigrammata Aloës. *Dosis:* adulto duodecim (12) pilulae.

**Pilulae laxantes**
Balli.
*Ball'sche Abführpillen.*

Rp. Aloës 2,0
Resinae Scammonii
— Jalapae aa 1,0
Extracti Belladonnae
— Hyoscyami aa 0,5
Saponis medicati 3,0.
Misce. Fiant pilulae quinquaginta (50). D. S. Mane (et vespere) pilulae 2—4. *Dosis maxima* pil. 5.

**Pilulae laxantes Helveticae Brandtii.**
*Brandt's Schweizerpillen.*

Rp. Extracti Cascarae sagradae 2,5
Extracti Frangulae 2,0
Aloës Socotrinae 6,0
Rad. Jalapae 3,0
Extracti Absinthii 1,0
Saponis medic. 2,0
Rad. Gentianae q. s.
Misce. Fiant pilulae centum (100). *Dosis:* Mane vel mane et vespere pilulae 2—3.

**Pilulae laxantes fortiores**
Gerhardti.

Rp. Tuberis Jalapae
Radicis Rhei aa 1,0
Podophyllini 0,4
Extr. Belladonnae 0,2
Extr. Taraxaci q. s.
M. f. pil. quadraginta (40). Lycopodio consp.

**Pilulae laxantes**
Leonhardi.

Rp. Extracti Aloës 5,0
— Rhei comp. 2,5
— Myrrhae 1,25
Ferri oxydati fusci 0,75.
M. f. pilulae 80 vel ponderis 12 Centigrammatum, non conspergendae.

**Pilulae laxantes majores.**

Rp. Aloës 7,5
Extr. Colocynthidis 5,0
Resinae Jalapae
Tuberum Jalapae aa 8,0
Radicis Althaeae 3,0
Magnesiae subcarbonicae 1,0
Aquae destill. q. s.
Misce. Fiant pilulae (120). *Dosis:* adulto 2—4.

**Pilulae laxantes**
Tittmanni.

Rp. Pil. laxant. *Ph. Hamb.*
Conspergantur Cinnabari praeparato.

**Pilulae laxativae post partum.**
*Barker's Postpartum Pills.*

Rp. Extracti Colocynthidis compositi 10,0
Extracti Strychni 2,5
— Hyoscyami 7,5
Aloës 5,0
Resinae Podophylli
Radicis Ipecacuanhae aa 0,5.
M. Fiant pilulae ducentae (200). *Dosis:* 2—3 pil., pro die 4—6.

**Pilulae Machiavellii.**
*Machiavelli'sche Digestivpillen.*

Rp. Aloës 6,0
Semin. Anisi
Boli Armenae
Succi Betae vulgaris
Myrrhae
Croci aa 2,0
Cardamomi 4,0.
M. f. pilulae centum (100) S. Pilulae 2—3—5 bis quaterve per diem (digestionem exitantes).

**Pilulae magneticae.**
Pilulae galvano-magneticae.

Rp. Resinae Pini
[1] Ferri pulverati
FlorumChamomill. pulv. aa 5,0
Camphorae 1,5.
Misceantur leni calore. Fiant pilulae ponderis 12 Centigrammatum, Argento foliato obducendae.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0605-7

*Usus.* Pilula lanae paulo gossypinae involuta in meatum auditorium ingerenda est.

Rp. Asae foetidae pulv.
Ferri pulverati āā 5,0
Saponis medicati 1,0
Radicis Pyrethri pulv. 2,0.

M. f. pilulae ponderis 12 Centigrammatum, Argento foliato obducendae.

## Pilulae majores Hoffmanni.

Pilulae Hydrargyri bichlorati corrosivi.

Rp. Hydrargyri bichlorati corrosivi 0,3.

Pauxillo Aetheris triturando solvantur, tum cito et exactissime admisceantur

Sacchari albi 1,2

denique

Micae Panis albi recent. 2.5.

Fiant l. a. pilulae quinquaginta (50). Singulae pilulae contineant sex (6) Milligrammata Hydrargyri bichlorati. *Dosis:* Mane et vespere singulae vel binae pilulae.

## Pilulae margaritaceo-nitentes.

*Pillen mit Perlmutterglanz.*

Rp. Pilulas paratas

et mucilagine Gummi Arabici humectatas immitte in pilam cavam, paulum

Talci Veneti subtilissime pulv.

continentem, tum fortiter per minuta quinque horae quassa. Dein pilulas in aliam pilam (metallicam) ingere et denuo fortiter agita, ut indumentum talceum nitorem adipiscatur.

## Pilulae Meglini.

Pilulae Hyoscyami Valerianaeque compositae. *Ph. Gall.*
*Pilules de Méglin.*

Rp. Extracti Hyoscyami
— Valerianae
Zinci oxydati āā 2,5
Radicis Althaeae pulv. q. s.

M. f. pilulae (50), quarum singulae contineant 5 Centigrammata Extracti Hyoscyami. *Ph. Gall. Usus.* In chorea, epilepsia pilula una ter per diem. Dosis lente et paulatim amplificanda.

## Pilulae Mentholi.

Rp. Mentholi 2,0
Cerae flavae 1,5
Olei Amygdalar. 1,0
Rhiz. Iridis Florent. q. s.,

ut fiat massa, ex qua pilulae quadraginta (40) formentur. Lycopodio consp. Singulae pilulae 0,05 Mentholi contineant. *Dos.:* Pilulae 2—3—4 quater quinquiesve de die.

## Pilulae mercuriales diureticae

Cruveilhieri.

Rp. Calomelanos 1,0
Bulbi Scillae pulv. 0,5
Syrupi Spinae cervinae q. s.

M. Fiant pilulae duodecim (12). Conspergantur radice Liquiritiae pulverata. *Dosis:* Pro die singulae vel binae pilulae in pleuritide chronica.

## Pilulae mercuriales Hufelandi.

Parentur aequali modo, atque Pilulae majores Hoffmanni, tamen eo discrimine, ut pilulae 180 (centenae octogenae) contineant 3 (terna) Decigrammata Hydrargyri bichlorati corrosivi.

## Pilulae mercuriales purgativae.

Pilulae mercuriales Bellostei. Pilulae hydrargyrosae Bellostei. Pilulae Neapolitanae Renaudot s. Renou. *Pilules de Belloste; Pilules mercurielles purgatives Ph. Gall.*

Rp. Hydrargyri
Mellis albi
Aloës Capensis pulv. āā *P.* 6
Piperis nigri pulv. *P.* 1
Radicis Rhei pulv. *P.* 3
Scammonii Halepens. *P.* 2.

Hydrargyrum cum Melle, addita portione aliqua Aloës, perfecte extinguatur, tum cum Pipere, Radice Rhei, Scammonio et reliqua portione Aloës antea conterendo mixtis commisceatur, ut fiat massa, ex qua formentur pilulae ponderis *Decigm.* duo (2), quarum singulae contineant *Centigm.* quina Hydrargyri et *Milligm.* septena dena (17) Scammonii. *Ph. Gall.*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0606-3

*Dosis:* pilulae 2—3—5 per diem in syphile, herpete.

### Pilulae mercuriales saponatae.

Pilulae Sedilloti. *Pilules de Sédillot.*

Rp. Ungt. Hydrargyri (50 %) 30,0
Saponis medicati 20,0
Rad. Liquirit. pulv. 10,0.

M. Fiat massa homogenea, ex qua pilulae ponderis 0,2 g formentur. Singulae pilulae 0,05 Hydrargyri contineant. *Ph. Gall.*

*Dosis:* per diem feminae pilulae duae, viro pilulae tres.

### Pilulae Mercurii sublimati

*Ph. mil. Bor.*

Rp. Hydrargyri bichlorati corrosivi 0,6
Aquae destill. 0,3.
Contritis adde
Opii pulv. 0,3
Rad. Liquiritiae 5,0
Succi Liquiritiae dep. 8,0.

Misce exactissime. Fiant pilulae centum (100). Lycopodio consp.

### Pilulae Metallorum.

Pilulae Metallorum amarae.
*Bitter Metallic Pills.*

Rp. Ferri reducti
[1] Chinini sulfurici āā 6,0
Strychnini
Acidi arsenicosi āā 0,3
Extracti Gentianae 2,0.

M. Fiant pilulae centum (100). *Dosis:* pilula una.

*Aitken's Tonic Pills.*

Rp. Ferri reducti 4,0
[2] Chinini sulfurici 6,0
Strychnini
Acidi arsenicosi āā 0,12
Extracti Gentianae 2,0

M. Fiant pilulae centum (100). *Dosis:* 1—2 pil.

### Pilulae minores Hoffmanni.

Rp. Calomelanos
Micae Panis albi āā 2,0.

M. f. pilulae (60), quarum singulae contineant 33 Milligrammata Calomelanos. Consp. Lycopodio. *Signa:* Pro die ter quaterve pilula una vel mane et vespere pilulae duae. (Syphilis).

### Pilulae mirabiles

Lucasii.
*Lucas'sche Wunderpillen.*

Rp. Olei empyreumatici e ligno fossili 10,0
Cerae flavae liquatae 5,0.
Mixtis adde
Stibii sulfurati nigri laevigati 10,0
Olibani 2,5
Stipitum Dulcamarae q. s.,

ut fiant pilulae (250), quarum singulae contineant 4 Centigrammata Olei empyreumatici.

### Pilulae Morisoni.

*Morison'sche Pillen.*

Rp. Aloës *P.* 50
[1] Gutti *P.* 20
Scammonii *P.* 10
Resinae Jalapae
Tuberum Jalapae
Radicis Althaeae āā *P.* 50
Aquae q. s.

Misce. Fiant pilulae Tartaro depurato conspergendae, quarum singulae contineant 3 Centigrammata (½ Granum p. m. Norici) Aloës.

Rp. Gutti *P.* 10
[2] Aloës *P.* 100
Tartari dep. *P.* 60
Radicis Althaeae *P.* 50
Aquae q. s.

Misce. Fiant pilulae, quarum singulae contineant 6 Centigrammata (1 Granum) Aloës. Conspergantur mixtione e Tartari depurati *P.* 3 et Rhizomate Curcumae pulv. *P.* 1 parata.

*Ph. Belg.* Pilulae Morison. Aloës, Resin. Jalap., Extr. Colocynth., Gutti āā 1 Gramm, Rd. Rhei, Myrrh. āā 2 Gramm. Fiant pil. 50.

### Pilulae Mudaris

(Casanovae).

Rp. Corticis rad. Mudaris (Ascle-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0607-9 DFG

piadis giganteae, plantae Indiae orientalis) q. v.
Mellis depurati q. s.

Misce, fiant pilulae ponderis 25 Centigrammatum.

### Pilulae nobiles

Jesuitarum Pragensium.

Rp. Agarici
Colocynthidis praep.
Radicis Rhei
Foliorum Sennae
Cassiae cinnamomeae
Pulveris aromatici
Aloës aa *P.* 10
Mastiches
Caryophyllorum
Myrrhae aa *P.* 5.

M. f. pilulae ponderis sex (6) Centigrammatum. Conspergantur radice Iridis Florentinae pulverata.

### Pilulae contra obstructiones

Halenses.

Rp. Extracti Rhei comp. 10,0
Aloës 5,0
Ferri pulv. 2,5.

Misce cum pauxillo aquae et sepone per aliquot horas, tum formentur pilulae (150), quarum singulae contineant 12 Centigrammata Extracti Rhei compositi. Conspergantur Lycopodio.

### Pilulae contra obstructiones

Hufelandi.

Pilulae laxativae Hufelandi.

Rp. Fellis Tauri inspissati
Saponis medicati
Extracti Taraxaci
Radicis Rhei aa 5,0.

M. f. pilulae 150. Conspergantur Cassia cinnamomea pulverata.

### Pilulae odontalgicae.

*Zahnpillen.*

Rp. Opii puri
Radicis Belladonnae
Radicis Pyrethri aa 5,0
Olei Cajaputi
Olei Caryophyll. aa *Gutt.* 15
Cerae flavae 7,0
Olei Amygdalar. 2,0.

Misce in mortario tepefacto. Fiant pilulae quingentae (500), Caryophyllis pulv. conspergendae. Serventur in vase vitreo clauso. *(Ph. Germanica.)*
*Usus:* Pilula denti cavo dolenti imprimitur.

*Zahnwehpillen.*

Rp. Cocaïni hydrochlorici 1,5
Opii pulv. 6,0
Mentholi 2,0
Tragacanthae 0,5
Glycerolati simplicis q. s.,

ut fiat massa pilularis, ex qua pilulae ponderis 0,08 et 0,12 formentur (pilulae parvae, pil. majores). Serva in vitris clausis. (In usu ne devorentur.)

### Pilulae odontalgicae Rustii.

Rp. Extr. Belladonnae
— Hyoscyami
Opii pulv. aa 1,0
Olei Caryophyllor. 0,2
Rad. Pyrethri q. s.,

ut fiat massa, ex qua pilulae quadraginta (40) formentur. Consp. pulvere rad. Pyrethri. Serventur in lagenis clausis. *Usus:* Pilula denti cavo imprimatur.

### Pilulae opiatae.

Pilulae Opii. Pil. Opii anodynae. Massa pilularum anodynarum.

Rp. Opii pulv. 0,6
Succi Liquiritiae dep.
Radicis Liquiritiae aa 2,5
Aquae destill. q. s.

M. f. pilulae (40), quarum singulae contineant 15 Milligrammata Opii. Lycopodio conspergantur. *(Ph. milit.)*

### Pilulae Opii.

Pilulae Saponis compositae *Ph. Brit.*

Rp. Opii pulv. 6,5
Saponis medicati 1,62
Aquae q. s.

M. Fiant pilulae centum (100). *Ph. U. St.*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0608-5 DFG

*Ph. Brit.* Opii 1,0, Saponis pulv. 4,0, Glycerinae q. s. M. f. massa pil. *Dosis:* 0,2—0,3.

**Pilulae Opii compositae.**
Pilulae Cynoglossi opiatae. Pilulae Cynoglossi. Pilulae anodynae.
*Pilules adoucissantes de Mésué.*

Rp. Extracti Opii
Sem. Hyoscyami pulv.
Corticis rad. Cynoglossi pulv. $\widehat{aa}$ 10,0
Myrrhae pulv. 15,0
Olibani pulv. 12,0
Castorei Canadensis pulv.
Croci pulv. $\widehat{aa}$ 4,0
Mellis depurati 35,0.

Extractum calore balnei aquae in melle depurato solutum injice in mortarium ferreum, tum adde pulveres antea commixtos et agita, ut massa homogenea efficiatur, quae massa in vitris obturatis servanda est. Ordinatione medici forma pilulas ponderis 0,2 g, quae singulae 0,02 g extracti Opii contineant et eandem quantitatem pulveris seminis Hyoscyami. *Ph. Gall.* *Dosis:* ante somnum pilulae 1—2, ut somnus afferatur.

Aequali modo parentur:

**Pilulae sedativae Dumont,**
nisi quod loco Extracti Opii Lactucarii 15,0 admisceantur. *Dosis:* pilulae duae ad tres bis quaterve per diem. Sedativum, anodinum, contra tussim siccam, phthisicam etc.

**Pilulae otalgicae**
Pinteri.
*Pinter's Ohrenpillen.*

Rp. Camphorae pulveratae *P.* 10
Cerae *P.* 30
Emplastri fusci *P.* 60.

Lenissimo calore liquentur. Refrigeratae fiant pilulae ponderis 18 Centigrammatum, inter lanam gossypinam dispensandae. In meatum auditorium pilula una ingeratur.

**Pilulae Paulliniae.**
Parentur l. a. Pilulae singulae contineant Extracti Pastae Guaranae sex (6) Centigrammata.

*Nota.* **Extractum Pastae Guaranae** paretur e Pasta Guaranae pulverata uti Extractum Chenopodii Vulvariae.

**Pilulae Phosphori.**

Rp. Phosphori 0,06
Rad. Althaeae 5,2
Gummi Arab. 1,3
Glycerinae 2,6
Aquae destill. 1,3
Chloroformii 3,2.

Phosphorus in Chloroformio solutus commisceatur cum pulveribus, tum addatur Glycerina etc. Fiant pilulae centum (100), lacca e Balsami Tolutani p. 1 et Aetheris p. 1—2 parata obducendae. Singulae pilulae contineant 0,0006 Phosphori. Pilulae in vase vitreo obturato dispensentur. (Sig. Pilula una ter quaterve per diem). *Ph. U. St.*

*Ph. Brit.* Phosphori 0,2, Bals. Tolutani 7,5, Cerae flavae 3,5, Saponis animalis 6,0. *Dosis:* 0,15—0,25.

**Pilulae Plumbi opiatae.**
Pil. Plumbi cum Opio. *Ph. Brit.*

Rp. Plumbi acetici 6,0
Opii pulv. 1,0
Conservae Rosae 1,0.

M. f. massa pil. *Dos.:* 0,2—0,3. *Ph. Brit.*

Rp. Plumbi acetici 2,4
[2] Opii pulv.
Conservae Rosae $\widehat{aa}$ 0,4.

M. f. pil. Nr. 30. D. S. Ter quaterve per diem pilula. (Diarrhoea maligna.)

**Pilulae Podophylli, Belladonnae et Capsici.**
*Squibb's Podophyllum Pills.*

Rp. Resinae Podophylli 1,5
Extracti Belladonnae 0,75
Fructus Capsici 3,0
Sacchari Lactis 6,0
Gummi Mimosae 1,5
Glycerinae 2,0
Syrupi Sacchari q. s.

Misce. Fiant pilulae centum (100). (*Nat. Form.*)



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0609-3
DFG

*Dosis:* Pilulae tres ad quinque bis terve per diem.

### Pilulae polychrestae.

Rp. Aloës
Myrrhae $\widehat{aa}$ 2,5
Sandaracae 5,0
Extracti Hellebori
Terebinthinae laricinae $\widehat{aa}$ 4,0
Extracti Absinthii 15,0
Rhizomatis Calami q. s.

M. Fiant pilulae ponderis sex Centigrammatum, Argento foliato obducendae. S. Pil. 2—3 bis terve p. d.

### Pilulae ad Prandium.

*Dinner Pills. Pillen zur Vormahlzeit. Frühstückpillen. Mittagspillen.*

I.

Pilulae Aloës et Mastiches.
*Lady Webster's Dinner Pills.*

Rp. Aloës depuratae 13,0
Mastiches 3,25
Florum Rosae Gallicae 3,25 vel q. s.
Aquae destill. q. s.

M. f. pilulae centum (100). Pil. 1—2.

II.

*Chapman's Dinner Pills.*

Rp. Aloës
Mastiches $\widehat{aa}$ 9,0
Radicis Ipecacuanhae 5,0
Olei Foeniculi 1,0.

M. f. pilulae centum (100). Pil. 1—2.

III.

*Cole's Dinner Pills.*

Rp. Aloës
Massae mercurialis
Tuberum Jalapae $\widehat{aa}$ 8,0
Tartari stibiati 0,13.

M. f. pilulae centum (100). Pil. 1—2.

IV.

*Hall's Dinner Pills.*

Rp. Aloës
Extracti Liquiritiae
Saponis medicati
Syrupi communis $\widehat{aa}$ 6,0.

M. f. pilulae centum (100). Pil. 1—2.

### Pilulae prophylacticae.

Pilulae praeservativae. Pil. anticholericae. *Präservativpillen. Schutzpillen gegen epidemische Krankheiten.*

Rp. Conchinini sulfurici 20,0
Chinini sulfurici 5,0
Ferri sesquichlorati 2,0
Extr. Gentian. 10,0
Rad. Althaeae 1,5
Glycerinae 5,0
Acidi hydrochlorici (25 %) 3,0
Pulv. aromatici 5,0
Rad. Gent. pulv. q. s.

M. f. pilulae trecentae (300). Lycopodio conspergendae.

*Signa:* Quoque die per aliquot hebdomades mane, post prandium et vespere sumantur pilulae ternae, morbo proxime accedente, pilulae quaternae sumendae sunt. Liberis pilulae binae vel ternae praebeantur.

*Usus:* Si morbi epidemici accedunt, uti cholera Asiatica, typhus, influenza, angina inflammatoria, febris autumnalis, diphteritis etc., hae pilulae adhibendae sunt.

Pilulas per longius tempus conservatas lacca pilulari obducere potes. In hoc statu pilulae coloris nigri sunt.

### Pilulae Pulsatillae
Clinici.

Rp. Extracti Pulsatillae
Herbae Pulsatillae $\widehat{aa}$ 3,0.

Misce. Fiant pilulae quinquaginta (50). *Dosis:* Pro die ter una vel duae pilulae. Pertussis, asthma, rheuma.

### Pilulae purgantes
fortiores Ph. paup. Berol.

Pilulae e Resina Jalapae s. purgantes s. mercuriales *Ph. Hann.*

Rp. Saponis jalapini 1,35
Calomelanos 0,45
Radicis Althaeae q. s.

Misce. Fiant pilulae (30), quarum singulae contineant 15 Milligrammata Calomelanos. In mercatura manuaria pilulae hae ne dentur. *Dos.*: Pil. 6—10.

### Pilulae purgantes
Frankii.

Rp. Aloës 3,0

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0610-4 DFG

Radicis Rhei 1,5
Syrupi Cort. Aurant q. s.
M. f. pilulae quinquaginta (50), foliis argenteis obducendae.

**Pilulae purgantes** Haenii.

Rp. Extracti catholici 2,0
Resinae Jalapae
Saponis medicati
Scammonii $\widehat{aa}$ 1,0
Spiritus V. rectf. q. s.
Misce. Fiant pilulae quadraginta (40).

**Pilulae purgantes** Heimii.

Rp. Extracti Aloës Acido sulfurico correcti 2,0
Tuberum Jalapae 0,5
Spiritus Vini rectf. q. s.
M. Fiant pilulae viginti (20).
*Dos.:* Vespere pilulae duae vel tres.

**Pilulae purgantes** mites Ph. paup.

Rp. Foliorum Sennae pulv. 3,5
Extracti Taraxaci q. s.
Misce. Fiant pilulae triginta (30).

**Pilulae quadruplices.**

*Quatuor Pills.* Pilulae Ferri et Quiniae compositae.

Rp. Ferri sulfurici siccati (Sulfatis ferrosi sicci)
Chinini sulfurici
Aloës $\widehat{aa}$ 6,0
Extracti Strychni 1,5
Extracti Gentianae 2,0
Glycerinae q. s.
Misce fiant pilulae centum (100). *(Nat. Form.)*

**Pilulae Redlingeri.**

Rp. Calomelanos 1,5
Resinae Jalapae 4,5
Radicis Gentianae
Fructus Foeniculi
Gummi Arabici $\widehat{aa}$ 2,0
Aquae q. s.
Misce. Fiant pilulae centum et viginti (120), quarum quinae denae (15) dentur ad scatulam. *(Arcanum.)*

**Pilulae reductivae Marienbadenses.**

*Marienbader Reductionspillen.*

Rp. Kalii bromati
Natri bicarbonici $\widehat{aa}$ 30,0
Bulbi Scillae pulv. 10,0
Ligni Guajaci pulv.
Rad. Senegae pulv. $\widehat{aa}$ 6,0
Extracti Taraxaci 5,0
— Ferri pomati q. s.,
ut fiat massa, ex qua pilulae ponderis 0,15 formentur. Consp. Cass. cinnamom. D. in vitro clauso. S. Ter quaterve per diem pil. 4—5—6.

**Pilulae resolventes.**

Rp. Ammoniaci
Saponis Hispanici
Extracti Conii $\widehat{aa}$ *P.*
M. (Catarrhus bronchialis).

**Pilulae resolventes cum Aloë.**

Rp. Massae pil. resolventium 9,0
Extracti Aloës 1,5
M. Fiant pil. pond. 0,13.

**Pilulae resolventes cum Rheo.**

Rp. Massae pilul. resolventium 9,0
Radicis Rhei 1,5.

**Pilulae resolventes** Schmuckeri.

Massa pil. resolventium Schmuckeri.

Rp. Sagapeni
Saponis medicati
Galbani $\widehat{aa}$ 3,0
Radicis Rhei 4,0
Tartari stibiati 0,1
Extracti Liquiritiae 5,0.
M. f. pilulae centum (100). Conspergantur Nuce moschata pulverata.
*Dos.:* Pro die bis terve pilulae 10—15.

**Pilulae Rhei.**

Pilulae solventes *Ph. mil. Austr.*

Rp. Radicis Rhei 7,5



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0611-0
DFG

Saponis medicati 2,5
Aquae destill. q. s.

M. f. pilulae sexaginta (60).

*Ph. U. St.* Rad. Rhei 19,5, Saponis 6,5. M. fiant pil. centum (100).

**Pilulae Rhei compositae.**

Pilulae Aloës cum Rheo Anglicae.

Rp. Radicis Rhei 6,0
Aloës socotorinae 4,5
Myrrhae 3,0
Saponis medicati 3,0
Olei Menth. pip. *Gutt.* 10
Glycerinae 2,0
Syrupi communis 6,0.

Misce. Fiat massa pil. *Dos.:* 0,3—0,6. *Ph. Brit.*

*Ph. U. St.* Rad. Rhei 13,0, Aloës purif. 9,75, Myrrh. 6,5, Ol. Menth. pip. 0,65. M. f. pil. centum (100).

**Pilulae roborantes**

Hageri.

*Kraftpillen. Globules fortifiantes.*

Rp. Conchinini sulfurici 6,0
Ferri sesquichlorati 10,0
Extracti Gentianae 15,0
Radicis Gentianae pulv. 20,0
Radicis Althaeae pulv. 4,0
Pepsini concentrati 5,0
— officinalis 7,5
Acidi hydrochlorici 5,0
Glycerinae purae
Aquae destillatae ana 7,5.

Misce, ut fiat massa mollis, quae post horam dimidiam denuo contusa massam satis consistentem praebet. Massam tum in pilulas sexcentas (600) transfer. Pilulas pulvere e cortice Cassiae cinnamomeae et Lycopodio commixto consperge. Pilulas per dies duos aëri expositas da ad vitrum.

*S. Kraftpillen. Täglich 1—2mal je 2 Pillen zum Kaffee zu nehmen. (Unverheirathete Personen dürfen nur einmal, und zwar zum Morgenkaffee 1—2 Pillen nehmen.) Die einige Wochen alten Pillen können auch mit Pillenlack überzogen werden (schwarze Kraftpillen).*

**Pilulae Saifferti.**

Rp. Extracti Gentianae 5,0
Fellis Tauri inspiss. 3,0
Scammonii 2,7
Radicis Althaeae q. s.

Misce. Fiant pilulae (90), quarum singulae contineant 3 Centigrammata Scammonii.

**Pilulae Salis e Tartaro Schroederi.**

Rp. Aloës 15,0
Ammoniaci dep. 5,0
Ferri sulfurici cryst.
Croci pulverati āā 2,0
Kali acetici
Extracti Gentianae āā 4,0.

Misce. Fiant pilulae ponderis 0,125 Grammatum. Conspergantur Lycopodio.

**Pilulae saponaceae.**

Haenii.

Rp. Ammoniaci
Natri acetici
Massae pilul. Ruffii āā 5,0
Saponis medicati 10,0
Syrupi Sacchari q. s.

M. f. pilulae ponderis Centigrammatum 25 (= 0,25).

**Pilulae saponatae nitratae.**

*Pilules savonneuses nitrées.*

Rp. Saponis medicati 20,0
Radicis Althaeae 5,0
Kali nitrici 3,0
Aquae q. s.

Misce l. a. Fiant pilulae 150. Amylo conspergantur.

**Pilulae Scammonii compositae.**

Rp. Resinae Scammonii
— Jalapae
Saponis pulv. āā 2,0
Tinct. Zingiberis fort. 1,75
Spirit. Vini (90 %) 3,5.

Misce calore modico, ut fiat massa pil. *Dos.:* 0,3—0,6. *Ph. Brit.*

**Pilulae scilliticae.**

Pilulae Scillae compositae. Massa pilularum scilliticarum.

Rp. Radicis Zingiberis 2,0

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0612-5 DFG

Bulbi Scillae 2,5
Saponis medicati 2,0
Gummi Ammoniaci 2,0
Syrupi communis 4,0 vel q. s.

Misce. Fiat massa pilul. *Dos.:* 0,3—0,6. *Ph. Brit.*

**Pilulae solventes**

Heimii.

Rp. Galbani 6,0
Stibii sulf. aurantiaci
Radicis Ipecacuanhae
Bulbi Scillae āā 0,5
Extracti Pimpinellae 3,0
Radicis Liquiritiae q. s.

M. f. pilulae centum (100). Conspergantur Rhizomate Iridis Florentinae pulverato. *Dos.:* Ter pro die pilulae quinquies (catarrhus chronicus, spasma).

**Pilulae sopientes**

Clinici. (Berolin.)

Rp. Extracti Hyoscyami
Opii pulverati āā 0,6
Radicis Althaeae q. s.

M. f. pilulae (40), quarum singulae contineant Opii 15 Milligrammata. *Signa:* Pilula una vespere.

**Pilulae Speedimanni.**

Rp. Extracti Chamomillae
Radicis Rhei
Myrrhae
Aloës āā 5,0
Olei Chamom. aeth. 1,0.

Misce fiant pilulae 140. Antispasmod.

**Pilulae Strahlii.**

*Strahl'sche Pillen.*

Rp. Extracti Rhei simpl. 7,5
[1] — Rhei comp. 2,5
— Nuc. vomic. spir. 0,3
Radicis Rhei 5,0
Aquae q. s.

Misce. Fiant pilulae centum et viginti (120).

Rp. Extr. Rhei compositi 7,5
[2] — Aloës 4,0
— Nuc. vomic. spirit. 0,3
Rad. Rhei 4,0.
Aquae q. s.

Misce. Fiant pilulae centum et viginti (120). Cassia cinnamomea pulverata conspergantur.

Rp. Extr. Rhei compositi 7,5
[3] — Aloes 2,5
Scammonii
Florum Zinci āā 0,6
Radicis Ipecacuanhae
Olei Anisi aeth. āā 0,25.
Aquae q. s.

Misce. Fiant pilulae ponderis 12 Centigrammatum. Cassia cinnamomea pulverata conspergantur.

Pilulae Strahlii
in modum medicamenti arcani venditae.

Rp. Extracti Rhei simplicis
[I] Saponis medicati
Radicis Rhei āā 6,0
Bismuthi subnitrici
Radicis Ipecacuanhae āā 0,3.

M. f. pilulae Nr. 120. Conspergantur rhizomate Iridis Florentinae pulverato.

Rp. Extracti Aloes 4,0
[II] — Rhei simplicis 2,5
— Rhei compositi 6,0
Radicis Rhei 6,0
Bismuthi subnitrici
Radicis Ipecacuanhae 0,3.

M. f. pilulae Nr. 120 etc.

Rp. Extracti Aloes 2,0
[III] — Rhei simplicis 4,0
— Rhei compos. 8,0
Foliorum Sennae 4,0
Bismuthi subnitrici
Radicis Ipecacuanhae āā 0,3.

M. f. pilulae Nr. 120 etc.

Rp. Extracti Aloes 5,0
[IV] — Rhei compositi 10,0
Colocynthid. 0,3
Radicis Rhei 5,0
Bismuthi subnitrici
Rad. Ipecacuanhae āā 0,3.

M. f. pilulae Nr. 120 etc.

Rp. Extracti Colocynthidis 2,5
[V] Scammonii Halepensis 2,0
Extracti Aloes 2,5
— Rhei compos. 5,0
Rad. Rhei pulv. 2,0

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0613-1

Bismuthi subnitrici
Radicis Ipecac. pulv. aa 0,3.
M. f. pilulae Nr. 120 etc.

**Pilulae taenifugae Jesuitarum.**
*Jesuiterpillen gegen Bandwurm. Wurmpillen.*

Rp. Olei Terebinthinae 6,0
Kreosoti fagini 1,5
Cerae flavae 5,0.
Leniore calore mixtis adde
Piperis nigri pulv. 6,0.
Fiant pilulae centum et viginti (120). D. ad vitrum. S. Tempore antemeridiano singulis horis pilulae quinque (5) sumantur, infantes pilulas tres vel quatuor sumunt.

**Pilulae taenifugae** Peschieri.

Rp. Extracti Filicis
Rhizomatis Filicis pulv. aa 1,5.
Misce. Fiant pilulae viginti. Conspergantur Lycopodio. *Dos.:* vespere et mane pilulae denae (10).

**Pilulae Terebinthinae.**
*Pilules de Terebinthine.*

Rp. Terebinthinae Alsaticae
Magnesiae hydrico-carbonicae aa 40,0.
M. Fiant pilulae ducentae (200), quarum singulae contineant Decigm. bina Terebinthinae. *Ph. Gall.*
*Dos.:* pilulae 1—2 ter quaterve per diem, in catarrhis variis, urethrae.

**Pilulae Terebinthinae balsamicae** Trousseau.
*Balsamische Katarrhpillen, Trousseau's.*

Rp. Terebinth. laricin. 15,0
G. res. Ammoniaci 5,0
Cerae flavae
Balsami Tolutani aa 2,5.
Leni calore mixtis adde
Extr. Opii 0,5.
M. f. pil. centum (100). Lycopodio consp. S. Trihorio pilula una (catarrhus bronchialis, cystocatarrhus).

**Pilulae Terebinthinae coctae.**

Rp. Terebinthinae coctae q. v.
Immergendo in aquam fervidam mollita in pilulas ponderis 0,3 formetur, quae in aquam ingestae vel magnesia subcarbonica conspersae serventur. *Ph. Gall.*

**Pilulae tonicae Bacheri.**
Pilulae Hellebori nigri comp. *Pilules toniques de Bacher.*

Rp. Extracti Hellebori nigri
— Myrrhae aa *P.* 60
Herbae Cardui bened. *P.* 30.
Misce. Fiant pilulae ponderis 25 Centigrammatum (4 Granorum p. m. Norici). *Ph. Gall. vet.*
*Ph. Belg.* aa 421, et 158. Pil. = 5 Centigramm.

**Pilulae tonicae** Moscoviticae.
Pilulae stomachicae Moscoviticae.

Rp. Extracti Colombo
— Gentianae
— Quassiae
Pulveris aromatici
Fellis Tauri insp. aa *P.*
Radicis Gentianae q. s.
M. f. pilulae ponderis 15 Centigrammatum.

**Pilulae tonico-nervinae.**

Rp. Ferri sulfurici cryst.
Asae foetidae
Extracti Cardui bened. aa *P.*
M. *Ph. Norv.*

**Pilulae triplices.**
*Triplex Pills.*

I.

Rp. Aloes 12,5
Massae mercurialis 6,0
Resinae Podophylli 1,5.
Misce, fiant pilulae centum (100).

II.
*Francis' Triplex Pills.*

Rp. Aloes
Scammonii
Massae mercurialis aa 5,0
Olei Crotonis 0,3

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0614-7 DFG

Olei Carvi 1,5
Tincturae Myrrhae q. s.

Misce, fiant pilulae centum (100).

**Pilulae tussim siccam inhibentes**

Sendneri.

*Hustenpillen.*

Rp. Conchinini sulfurici 2,5
Morphini hydrochlorici 0,1
Extracti Trifolii 3,0
Rad. Althaeae 0,5
Rad. Gentianae pulv. q. s.

M. f. pil. quinquaginta (50). Lycopodio consp. S. Mane et vesperi pilulae duo vel tres sumantur (contra tussim aridam, convulsivam, *Reizhusten*).

**Pilulae Urbani.**

*Urbanuspillen.*

Rp. Fructus Anethi
— Amomi
— Anisi
Rhizomatis Zedoariae
Macidis
Nucis moschatae
Caryophyllorum
Cubebarum aa 3,0
Radicis Rhei 25,0
Aloes 75,0
Foliorum Sennae 25,0
Mannae depuratae 30,0.

M. l. a., ut fiant pilulae ponderis 0,125 Gm. *Dos.:* 1, 2, 3 pilulae.

Praeceptum originale.

Rp. Aloes 100,0
Radicis Rhei
Foliorum Sennae aa 25,0
Cardamomi minoris
Mastiches
Myrrhae
Cubebarum
Croci
Nucum moschatarum
Cassiae cinnamomeae
Fructus Amomi aa 1,0
Agarici pulv. 0,5.

Misce, ut fiat pulvis, cujus 120,0 Grammata cum Mannae 20,0 Grammatis in aqua solutis in pilulas 1050 redigantur.

**Pilulae Velpeau.**

Rp. Kalii jodati 4,0
Extracti Calami
Rhizomatis Calami pulv. aa q. s.

Fiant pilulae triginta (30), singulae ponderis 18 Centigrammatum, rhizomate pulverato Iridis Florentinae conspergendae.

**Pilulae Vitae.**

Pilulae Sanitatis. *Grains de vie ou de santé.*

Rp. Aloes
Radicis Rhei
Pulveris aromatici
Myrrhae aa 10,0.
Croci 2,5
Extracti Absinthii 15,0
Florum Rosae q. s.

M. f. pilulae ponderis 0,125 Grammatum, quae interdum Argento foliato obductae in promptu habentur.

**Pilulae Weikardii.**

Rp. Aloes 15,0
Ferri pulverati 10,0
Calomelanos 5,0
Sulfuris stibiati aurantiaci 2,5
Olei Sabinae 2,0.

Misce. Fiant pilulae ponderis 0,15 Grammatum.

**Pilulae Werchavii.**

Pilulae mastichinae Werchau.

Rp. Aloes 15,0
Mastiches 6,0
Agarici 4,5.

Misce cum Spiritu Vini, ut fiant pilulae ponderis sex (6) Centigrammatum, quae Argento foliato obducantur.

**Pilulae Werlhofii.**

Rp. Spongiae ustae
Mastiches
Extracti Aloes aa 10,0.

Misce cum Spiritu Vini, ut fiant pilulae ponderis 0,15 Grammatum.

**Pilulae Wurtzeri.**

Rp. Acidi phosphorici glacialis 4,0

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0615-3 DFG

Camphorae 1,0
Corticis Chinae reg. pulv. 4,0
Extracti Cascarillae q. s.

M. f. pilulae pond. 12 Centigrammatum contra spermatorrhoeam.
*Dos.*: quoque die ter pilulae quinae.

## Pilulae Zinci phosphorati.

Rp. Zinci phosphorati 0,8
Rad. Liquiritiae 6,0
Rad. Althaeae 1,0
Glycerinae 1,5
Syrupi gummosi q. s.

Misce, fiant pilulae centum (100).
Singulae pilulae continent 0,001 grammatis Phosphori activi.

## Piperinum.

Piperina.
$C^{17}H^{19}NO^{3}—C^{34}H^{19}NO^{6}=285$.

Rp. Piperis albi *P.* 100.
Grosso modo pulveratis affunde
Spiritus V. rectfss. *P.* 600.
Digere per 20 horas, tum exprimendo cola. Residuo affunde
Spiritus V. rectfss. *P.* 400,
digere et cola. Tincturae commixtae filtratae destillando evaporentur. Residuo resinoideo affunde
Aquae destill. *P.* 25,
in quibus soluta est
Kali caustici sicci *P.* 1/2.
Calefac usque ad lenem ebullitionem. Tum massa aqua frigida eluatur et digerendo solvatur in
Spiritus V. rectfss. *P.* 12—15.
Admixta
Carbonis animal. dep. *P.* 1/2,
digere per horas aliquot, tum filtra fluidum adhuc calidum, filtrum pauxillo Spiritus Vini rectificatissimi eluendo, et sepone loco temperaturae mediae (+ 15–20° Cels.), ut Piperinum evaporatione lenta spontanea in crystalla coëat. Crystalla solvendo in Spiritus Vini rectificatissimi calidi justa quantitate et seponendo eodem modo iterum in crystalla coge. Efficiuntur *P.* 2 1/2—3. Sint crystalla alba vel flavescentia, odoris atque etiam saporis fere expertia.

## Piperoïdum.

Zingiberinum. Extractum Zingiberis.

Paretur e Rhizomate Zingiberis grosso modo pulverato uti Extractum Cinae aethereum, tamen eo discrimine, ut tinctura ad siccum evaporetur.

## Pisa ad fonticulos irritantia.

*Fontanellerbsen. Eitererbsen.*

Rp. Rhizoma Iridis Florentinae, ex quo tornando fiant globuli magnitudinis pisi, qui mixtione calida, parata liquando et evaporando e
Cerae flavae *P.* 6,
Tinct. Cantharidum *P.* 1
per horae quadrantem calore balnei vaporis, irrorentur.

## Pisa irritantia

Wislini.

Rp. Pomorum Aurantior. immat., magnitudinis pisi parvi q. v.
Macera per aliquot dies in Tinctura Mezerei, dein sicca.

## Pix liquida glycerinata.

*Goudron glycériné.*

Rp. Picis liquidae
Vitelli ovi aa 25,0
Glycerinae 50,0.
M. f. linimentum.

## Placentae anticatarrhales

Dr. *Mülleri.*

Rp. Radicis Liquiritiae *P.* 10
Seminis Anisi stellati *P.* 2.
Contusis concisisque affunde
Aquae ferventis *P.* 60.
Digere per horam unam. Colatura filtrata evaporetur calore balnei vaporis ad Partes usque 30 remanentes, quae seponantur. Tum
rp. Sacchari albi pulverati *P.* 60,
quibus in sartaginem porcellaneam, rostro instructam calefactamque ingestis admisce
Infusi fervefacti supra notati q. s.,
ut inter agitationem fiat massa pultacea, cui igni admotae inter continuam agitationem fere ad ebullitionem usque calefactae et liquatae immisce

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0616-9

Elaeosacchari Foeniculi *P.* 10
— Anisi stellati *P.* 5
Ammonii muriatici *P.* 2
Sacchari albi pulv. q. s.,
ut guttula exempta mixturae in laminam frigidam translata induresecat. Dein effundendo vel exhauriendo ope cochlearis rotundati parvi rotulae vel placentae ponderis circiter Grm. 1,25—1,6 formentur.

## Platino-Kalium cyanatum.

$Pt(CN)_2 + 2KCN + 3H_2O = 435,4$.
Cyanuretum Platino-Kalii.

Rp. Platini bichlorati sicci *P.* 17.
In lebetem porcellaneum immissis et calore modico liquatis, tum contritis adde
Kalii cyanati fusi *P.* 30
antea solutas in
Aquae destill. *P.* 90.
Digere per horam dimidiam et subinde agita; tum liquor leni calore ad volumen dimidium evaporetur et seponendo in crystalla cogatur. Crystalla aciformia, premendo inter chartam bibulam siccata serventur. Lixivium ultimum reponatur.

## Platinum bichloratum.

($PtCl_4 \cdot 2HCl \cdot 6H_2O$.) Platinum chloridatum s. muriaticum.

Rp. Platini puri divisi *P.* 2.
In cucurbitam immissis affunde mixtionis sufficientem quantitatem paratae ex
Acidi nitrici puri (25 %) *P.* 6
Acidi hydrochl. (25 %) *P.* 12.
Coquendo solve. Solutio leni calore ad siccum evaporetur. Sal residuum siccum in lagenis vitreis obturatis serva. Effic. circiter *P.* 4. Sit sal e fuscescenti luteum, HCl continens.

## Platinum bichloratum cum Natrio chlorato.

Platinum muriaticum natronatum. Platino-Natrium chloratum.

Rp. Platini bichlorati sicci
Natrii chlorati dep. āā *P.*
Mixtae et contritae Aqua destillata humectentur, ac leni calore inter agitationem exsiccentur. Serva sal in pulverem contritum in lagenulis obturatis.

Platino-Natrium bichloratum.
$PtCl_4 \cdot 2NaCl + 6H_2O = 564,4$—
$NaCl, PtCl^2 + 6HO = 282,2$.

Rp. Platini bichlorati *P.* 20
Natrii chlorati dep. sicci *P.* 6
Aquae destill. q. s.
Solutae lege artis in crystalla redigantur, quae in lagenis obturatis serventur. *Reagens.*

## Platinum bijodatum.

$PtJ_4 = 705,4$—$PtJ^2 = 352,7$. Platinum jodatum.

Rp. Kalii jodati *P.* 36
Kali bicarbonici *P.* 1.
Solve in
Aquae destill. frigid. *P.* 40.
Liquori filtrato instilla
Platini bichlorati *P.* 18
in Aqua destillata solutas. Mixtura digeratur calore balnei vaporis per unam horam, dein loco frigido seponatur. Sedimentum exortum deinde separa, aqua ablue et loco tepido siccatum serva in lagenis obturatis.

## Platinum divisum.

Rp. Platini bichlorati
Aquae destill. āā *P.* 10.
Mixtis instilla solutionem concentratam
Ammonii chlorati
quamdiu praecipitatum exoritur, quod filtrando separatum et siccatum in crucibulo porcellaneo fortiter excandescat.

## Platinum praecipitatum nigrum.

Pt. *Platinmohr.*

Rp. Platini bichlorati *P.* 1.
Solve in
Aquae destill. *P.* 40.
Tum admisce
Ferri sulfurici cryst. *P.* 3
solutas in
Aquae destill. *P.* 12.
Mixtis instilla
Liquoris Natri caustici (pond. spec. 1,3) *P.* 2
et agita Dein instilla
Acidi hydrochlorici *P.* 3.
Sedimentum in filtro collige, primum aqua, cui Acidi hydrochlorici paulum admixtum est, tum aqua pura ablue et sicca.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0617-5

### Plumbum aceticum purum.

$Pb(C_2H_3O_2)_2 \cdot 3H_2O = 378,5$—
$PbO, \bar{C}^4H^3O^3 + 3HO = 189,25$.

Rp. Plumbi acetici venalis *P.* 20
Aquae destillatae *P.* 28
Aceti concentrati *P.* 1.

In cucurbitam immissae calefiant, ut fiat solutio, quae adhuc calida filtrata in patinam porcellaneam infundatur et per aliquot dies seponatur. Liquor dein a crystallis defusus evaporando ad volumen dimidium seponendoque in crystalla cogatur. Crystalla omnia collecta, calore non adhibito, siccentur.

*Usus:* in aq. ophthalmica 0,05—0,5: 100,0 aq., ad injectionem in urethram 0,2—0,5:100,0 aq., in vesicam urin. 0,05—0,1:100,0 aq., ad clysma 0,1—0,3, ad unguen 1,0—2,0:10,0 adipis.

*Dosis intern.* 0,01—0,05—0,1.
*Dosis maxima* 0,1 pro die 0,5!!

### Plumbum carbonicum.

Carbonas Plumbi.
$PbCO_3 = 267$—$PbO, CO^2 = 133,5$.

Rp. Plumbi aceti *P.* 4.
Solve in
Aquae destill. *P.* 40
Aceti concentrati *P.* 1.

Liquori filtrato inter agitationem instilla solutionem filtratam, paratam e
Natri carbonici cryst. *P.* 3 et
Aquae destill. *P.* 30
vel tantum hujus solutionis, quantum ad praecipitationem perfectam requiritur. Praecipitatum aqua destillata elotum loco tepido siccetur.

### Plumbum chloratum.

$PbCl_2 = 278$—$PbCl = 139$.

Rp. Aceti plumbici
Aquae destillatae $\widehat{aa}$ *P.*
Mixtis inter agitationem instilla
Acidi hydrochlorici puri,
quamdiu inde praecipitatum efficitur, quod paulo Aquae destillatae ablutum leni calore sicca

### Plumbum hyperoxydatum fuscum.

$PbO_2 = 239$—$PbO^2 = 119,5$.

Rp. Minii puri *P.* 10
Aquae destill. *P.* 25
Acidi nitrici puri *P.* 13.

In cucurbitam ingestas digere leni calore per 24 horas et saepius agita. Fluido defuso, sedimentum saepius Aqua destillata calida conquassando et decanthando eluatur, et leni calore siccetur. Effic. circiter *P.* 2½.

### Plumbum jodatum.

$PbJ_2 = 461$—$PbJ = 230,5$.

Rp. Kalii jodati *P.* 8.
Solve in
Aquae destill. frigid. *P.* 80.
Liquori paulatim instilletur solutio filtrata, parata e
Plumbi acetici cryst. *P.* 10
(vel Plumbi nitrici *P.* 8½)
Aquae destill. *P.* 100,
quamdiu praecipitatum citrinum exoritur. Praecipitatum aqua frigida ablutum loco umbroso sicca et serva. Effic. *P.* 10—11. Sit pulvis citrinus, in Liquore Kali caustico plane solubilis.

*Dosis:* 0,05—0,1—03. *Dos. maxima* 0,5, pro die 1,5. In unguinib. 1:5—6 adipis.

### Plumbum nitricum.

Nitras Plumbi.
$Pb(NO_3)_2 = 331$—$PbO, NO^5 = 165,5$.

Rp. Lithargyri optimi *P.* 14.
In lagenam immissis affunde
Aquae destill.
Acidi nitrici puri $\widehat{aa}$ *P.* 25.
Digere leni calore et saepius agita. Tum, si opus est, instilla
Acidi nitrici q. s.,
donec liquor acidulus sit. Liquorem adhuc calidum filtra et l. a. in crystalla coge. Effic. circiter *P.* 14.

*Nota.* Liquorem in paratione Plumbi hyperoxydati obtentum, Plumbo oxydato saturatum et filtratum l. a. in crystalla redigere potes.

### Plumbum nitricum fusum.

Rp. Plumbi nitrici triti q. l.
Leni calore liquatum effunde in modulum ferreum canaliculatum, sebo parce illitum.

### Plumbum oxalicum.

Rp. Plumbi acetici *P.* 3.
Solve in

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0618-1
DFG

Aquae destill. *P.* 10 et
Aceti puri *P.* 1.
Liquori filtrato instilla inter agitationem
Acidi oxalici *P.* 1
solutam in
Aquae destill. *P.* 20.
Sepone per aliquot horas, tum praecipitatum collige, ablue, leni calore sicca et serva.

**Plumbum tannicum purum.**

Rp. Aceti plumbici *P.* 30.
Instilla paulatim inter agitationem liquorem frigidum, paratum ex
Acidi tannici *P.* 10 et
Aquae destill. *P.* 180,
quamdiu inde praecipitatum efficitur, quod elotum et lenissimo calore (30° C.) siccatum asserva. Sit pulvis e flavido cinereus.

**Plumbum tannicum humidum.**

Quercitannas plumbicus. Plumbum tannicum pultiforme. Plumbum tannicum. Ungt. quercinum. Cataplasma s. Linimentum s. Unguentum ad decubitum Autenriethii.

Rp. Corticis Quercus conc. 20,0
Aquae 150,0.
Coque per horae quadrantem, tum cola. Colaturae paulatim instilla
Aceti plumbici 10,0
vel q. s., quamdiu praecipitatum demittitur. Praecipitatum ope filtri separatum, ponderis circiter 25,0, adhuc humidum et formae linimenti spissioris in ollam ingere et commisce cum
Spiritus V. rectfss. 3,0.
Ne paretur nisi ad dispensationem. (*Usus:* Decubitus.)

**Plumbum tannicum siccum.**

Rp. Plumbi tannici humidi q. s.
Leni calore exsiccetur et in pulverem subtiliorem redigatur. Serva in lagena vitrea obturata.

**Polysolvia.**

Oleosulfonates. Sapones oleosulfonici. *Sulfonseifen. Sulfoleïnate.*

**Polysolvium crudum**

Polysolvum. Acidum oleosulfonicum (crudum). *Polysolve (A. Müller-Jacobs).*

Rp. Olei pinguis 1500,0.
In balneum refrigeratorium impositis inter agitationem sensim paulatimque adde
Acidi sulfurici concentrati (pd. sp. 1,840) 1000,0.
Cave ne inter mixtionem liquor confervescat. Mixtione peracta vas operculo obtectum sepone loco tepido per dies tres vel quatuor.
Loco Acidi sulfurici concentrati miscelam paratam ex
Acidi sulfurici Anglici *P.* 3 et
Acidi sulfurici fumantis *P.* 2
adhibere potes.
Hoc Polysolvium ad parationem salium oleosulfonicorum vel Oleosulfonatum adhibetur.

**Polysolvium purum.**

Rp. Polysolvii crudi q. v.
[1] Calefactum (60—70° C.) infunde in
Solutionem salis culinaris (Natrii chlorati) concentratam calidam,
agita et sepone loco tepido per aliquot horas. Post refrigerationem liquorem aquosum separa et massa polysolvica cum
Liq. Ammonii caust. q. s.
usque ad neutralisationem commisce.

Rp. Acidi oleïnici 300,0
[2] Acidi sulfurici conc. 150,0.
Commixtae sepone loco tepido per dies duos vel tres, tum admixtis
Aquae destill. 750,0
sepone per aliquot dies. Postremo liquorem aquosum acidum a massa polysolvica separa.
*Usus.* Plerumque contra insecta vermesque adhibetur, etiam ad lotiones contra neuralgiam, rheuma, arthralgiam etc.

Ammonium oleosulfonicum.
Oleosulfonas Ammonii. Polysolvium insecta, pediculos, vermes etc. delens.

Rp. Polysolvii crudi q. v.
[3] Tepefacto inter agitationem adde
Liq. Ammonii caustici q. s.,
ut liquor neutralis efficiatur.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0619-9 DFG

Si vim venenosam contra insecta vermesque acuere vis, adde Ammonii oleosulfonici partibus centenis partes viginti ad quadraginta Alcoholis sulfuris vel Petrolei Americani, vel Benzinae. Hae miscelae cum aquae partibus decem vel quindecim commixtae contra insecta vermesque adhibendae sunt.

### Potio adstringens

*Potion astringente.*

Rp. Extracti Ratanhae 10,0.
Solve in
Aquae destill. 200,0.
Post filtrationem addantur
Syrupi Cinnamomi 50,0.
Bihorio cochlear in haemorrhagiis systematis sexualis.

### Potio aluminosa.

Rp. Aluminis 5,0
Aquae destill. 150,0
Syrupi Sacchari 75,0.
Solve et misce.
*Dosis:* Singulis horis cochlear, in haemorrhagiis uterinis, in colica plumbaria.

### Potio aluminosa

contra tussim convulsivam.

Rp. Aluminis 1,0
Extracti Conii 0,5
Syrupi Rhoeados 10,0
Aquae Foeniculi 100,0.
M. D. S. Ter pro die cochlear vel cochlear dimidium.

### Potio Ammonii benzoici Taylori.

Rp. Ammonii benzoici *P.* 3
Spiritus nitrico-aeth. *P.* 10
Syrupi Bals. Tolut. *P.* 160
Mixturae camphorat. *P.* 320.
M. Contra albuminuriam puerorum (inter febrim scarlatinam) laudatur.

### Potio anticholerica

*(de Lovignac). Choleratrank.*

Rp. Chinini sulfurici 2,0
Ferri jodati 1,0
Syrupi gummosi 30,0
Aquae destill. 100,0.
Misce et agita.
*Signa:* Impetus Cholerae Asiaticae quum accedit, duo cochlearia sumantur, postea singulis horis singula cochleria. Excretiones ubi cessare incipiunt et calor in corpus redit, caput glacie in linteo compressa tegitur et aegroto aqua frigida porrigitur.

### Potio antiphlogistica

Clinici Berolinensis.

Rp. Aquae Laurocerasi
Kali nitrici āā 5,0
Syrupi Cerasorum 20,0
Aquae destill. 120,0.
M. D. S. Bihorio cochlear.

### Potio antispasmodica.

Rp. Syrupi Aurantii flor. 30,0
Aquae Tiliae 90,0
Aquae Aurant. flor. 30,0
Spiritus aetherei 4,0.
Misce. *Ph. Gall. Dosis:* Bihorio cochlear.

### Potio antispasmodica opiata.

*Potion antispasmodique opiacée.*

Rp. Potionis antispasmodic. 154,0
Tinct. Opii crocatae 0,8.
Misce. *Ph. Gall. Dosis:* Bihorio cochlear.

### Potio Choppartii.

Potio balsamica. Potio Balsami Copaivae *Ph. Gall.* Mixtura antigonorrhoica Choppartii. Potio Copaivae spirituosa.

Rp. Balsami Copaivae
[1] Spiritus Vini rectf. (80%)
Syr. Bals. Tolutani āā 50,0
AquaeMenthae pip. 100,0
Spiritus nitrico-aeth. 5,0.
Misce. *Ph.Gall. Dosis:* Pro die ter quaterve cochlear.

Potio Choppartii modificata.

Rp. Balsami Copaivae 30,0
[2] Gummi Arab. 7,5
Aquae piceae 90,0.
Misce l. a., ut fiat emulsio, cui adde
Syrupi Picis 30,0
Spiritus nitrico-aeth. 4,0.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0620-9
DFG

**Potio cordialis.**
Potio cardiaca.

Rp. Vini rubri 110,0
Syrupi Aurant. cort. 40,0
Tincturae Cinnamomi 10,0.
Misce. *Ph. Gall.*

**Potio effervescens**
*Ph. Gallicae.*
*Potion gazeuse; Potion antivomitive de Rivière.*

Nr. 1. — Potio alkalina. *Potion alcaline.*

Rp. Kali bicarbonici 2,0
Aquae communis 50,0
Syrupi Sacchari 15,0.
M. et solve.

Nr. 2. — Potio acida. *Potion acide.*

Rp. Acidi citrici 2,0
Aquae communis 50,0
Syrupi Acidi citrici citrosati 15,0.
M. et solve. Potiones ambae dentur. Ad usum Potioni alkalinae, mensura cochlearis, in vitrum infusae addatur Potio acida, mensura etiam cochlearis, et inter agitationem mixtura hauriatur. *Ph. Gall.*

**Potio emetica simplex Clinici**
(Berolin.).

Rp. Tartari stibiati 0,3
Aquae destill. 50,0.
Syrupi Althaeae 12,5.
Misce.

**Potio emulsiva oleosa.**
Mixtura oleosa emulsiva. Look oleosum. *Looch huileux.*

Rp. Olei Amygdal. dulc.
Gummi Mimosae $\widehat{aa}$ 15,0
Syrupi gummosi 30,0
Aquae Aurantii flor. 15,0
Aquae destillatae 100,0.
Misce l. a., ut fiat emulsio. *Ph. Gallica. Dosis:* Bihorio cochlear.

**Potio expectorans Juraszi.**
Mixtura expectorans *Jurasz.*

Rp. Apomorphini hydrochlorici 0,01 (—0,02—0,03)
Aquae destillatae 120,0
Acidi hydrochlorici (25 %) *Gutt.* 5
Syrupi Sacchari 30,0.
M. D. S. Bihorio cochlear.

**Potio Fravegii.**

Rp. Magnesiae sulfuricae 5,0
Aquae destill. 125,0
Tartari stibiati 0,02.
M. et solve.

**Potio gummosa.**
*Julep gommeux.*

Rp. Gummi Arabici 10,0
Syrupi Sacchari 30,0
Aquae Aurant. flor. 10,0
Aquae destill. 100,0.
Misce et solve. *Ph. Gall.*

**Potio laxativa Clinici**
(Berolin.).

Rp. Natri sulfurici 25,0
Aloës 0,3
Extracti Hyoscyami 0,05
Aquae Foeniculi 150,0.
M. et solve. Bihorio cochlear.

**Potio laxativa Sydenhami.**

Rp. Foliorum Sennae 2,0
Radicis Rhei 6,0.
Affunde
Aquae fervidae 250,0.
In colatura solve
Pulpae Tamarindorum 15,0
Mannae
Mellis rosati $\widehat{aa}$ 30,0
et denuo cola.

**Potio laxativa Zimmermanni.**

Rp. Radicis Rhei inc. 2,0
Tartari depurati
Seminis Hordei perlati $\widehat{aa}$ 15,0
Aquae fervidae 500,0.
Coque per horae quadrantem, tum cola. In colatura solve
Sacchari albi 15,0.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0621-5
DFG

## Potio leniens.

Potio anodina.

*Potion calmante. Julep diacodé.*

Rp. Gummi Arabici 10,0
Syrupi Diacodii 30,0
Aquae Aurant. flor. 10,0
Aquae destill. 100,0.
Misce et solve.

## Potio Magnesiae citricae aërophora.

Potus purgans cum citrato-magnesico *Ph. Gall.* Limonada Citratis Magnesiae. Mixtura purgativa e Magnesia citrica.

*Limonade purgative citro-magnesienne.*

Rp. Magnesiae carbonicae neutralis s. cryst. 5,0
Glycerinae purae 18,0
(vel Syrupi Sacchari 20,0)
Tincturae Flavedinis rec. Citri 0,2
Aquae destill. 140,0 ad 150,0.

In lagenam ita immittantur, ut partes $^{11}/_{12}$ fere repleantur. Quo facto immitte

Acidi citrici cryst. 6,0.

Dein lagena epistomio suberino celeriter munita seponatur et saepius agitetur. Serva loco frigido.

Potio continet circiter 8,0 Grammata Magnesiae citricae. Glycerina admixta conservatio potionis adjuvatur.

*Ph. Austr.* Acidi citrici 12,0, Magnesiae subcarb. 7,0, Aq. dest. calidae 300,0, Sacch. 40,0, Olei Citri gutt. una. Liquori in lagenam immisso cito injice Natri bicarbonici in frustulis 1,5. Lagena statim subere clausa et ligamento accommodato seponatur loco frigido.

*Ph. Gall.* Magnes. subcarbonic. 18,0, Acidi citrici 30,0, Aquae dest. 300,0, Syrupi Sacch. 100,0 Tinct. testae Citri fructus 1,0, Potus continet 50,0 citratis magnesici.

*Limonade gazeuse ou citromagnésienne de Dorvault.*

Rp. Magnesiae carbonic. cryst. 5,0
Acidi citrici in crystallis 7,5
Natri bicarbonici 1,25
Aquae dest. frigidae 120,0
Syrupi Citri 20,0.

Misce eadem ratione uti in paratione Potus citrati aërophori. Potio haec valde laudatur.

## Potio Magnesiae tartaricae.

*Limonade purgative.*

Potio purgativa.

Rp. Magnesiae carbon. cryst. 2,0
Aquae frigidae 100,0
Olei Citri *Gutt.* 1
Syrupi Sacchari 20,0.
In lagenam immissis adde
Acidi tartarici in crystallis 3,0.

Misce eadem ratione uti in paratione Potus citrati aërophori.

## Potio pectoralis.

Rp. Infusi flor. pectoralium 120,0
Syrupi gummosi 30,0.
Misce. *Ph. Gall.*

## Potio purgans.

Anglorum.

Potio nigra. *Black draught.*

Mixtura Sennae composita.

Rp. Foliorum Sennae 10,0
[1] Mannae 20,0
Aquae fervidae 80,0.

Stent per horam dimidiam et agitentur. In colatura solve

Magnesiae sulfuricae 20,0.

Tum admisce

Aquae Cinnamomi 10,0
Tincturae Sennae comp. 5,0.

Rp. Magnesiae sulfuricae 120,0
[2] Extracti Liquiritiae 20,0
Tincturae Sennae 70,0
Tinct. Cardamomi comp. 40,0
Infusi Sennae 450,0.

Solve leni calore et misce.

*Dosis:* 30.0 ad 45,0 Gm. *Ph. Brit.*

## Potio purgans cum Magnesia.

*Potion purgative à la Magnésie.*

Rp. Magnesiae ustae 8,0
Aquae destill. 40,0.

Mixtis, et inter agitationem ad ebullitionem calefactis adde

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0622-1 DFG

Sacchari albi 50,0,
agitationem continuando, tum adde
Aquae Aurantii florum 20,0
et liquorem per cribrum setaceum funde inter agitationem ope spathulae. *Ph. Gall.*

## Potio contra Rabiem
Kovatii.

Potio contra morsum canis rabidi.

Rp. Radicis Vincetoxici 15,0
Corticis ramulorum juniorum Crataegi torminalis 5,0
Bulborum Allii sativi, a membranis externis liberatorum 60,0 *).

In ollam novam, aquae Grammatum 175,0 capacem, immitte, tum, olla Aqua repleta et operculo munita, macera per horas duodecim. Dein per horam unam leniter coque et cola.

*Usus.* Paretur recens in unius diei usum. Adultiores jejuni cochlearia 5 sumant, juniores cochlearia 1½—3. Ingravescente vi morbi ad vesperam dosis paulo minor addatur.

Solet hoc remedium septimo post morsum die adhiberi. Sunt etiam, qui diebus tertio, nono, duodecimo etc. porrigunt.

## Potio Riveri
*Ph. Germanicae.*

Liquor Sodii Citratis. *Saturation.*

Rp. Acidi citrici 4,0
Aquae destill. 190,0.

In lagenam, quae fere tota impleatur, immittantur. Solutione inter agitationem perfecta paullatim adde
Natri carbonici puri 9,0
in frustula parva conversa. Postquam denuo inter agitationem solutio effecta est, vas statim claudatur. Non nisi ad dispensationem paretur.

## Potio simplex.
Julapium simplex.

Rp. Syrupi Sacchari 30,0
Aquae Aurantii flor. 20,0
Aquae destill. 100,0.
Misce. *Ph. Gall.*

*) Numerus bulborum sit novem, ut Kovatius praecipit.

## Potio Toddii.
*Potion de Todd.*

Rp. Aquae vitae vetulae (vel Spiritus Sacchari) 40,0
Syrupi Sacchari 30,0
Tinct. Cinnamomi 5,0
Aquae destill. 75,0.
Misce. *Ph. Gall.*

*Nota.* Spiritus Sacchari est liquor in Germania *Rum* vel *Rhum* nominatus.

## Potio sulfurica Gendrini.
Potus praeservativus. *Gendrin's Präservativ-Limonade gegen Bleivergiftung.*

Rp. Acidi sulf. diluti (10 %) 5,0
Aquae destill. 1000,0
Spiritus Vini 60,0
Olei Citri *Gutt.* 6.

M. Praeservativum et medicamen contra intoxicationem plumbaream.

*Dosis:* Ter pro die scyphus vitreus repletus.

## Potus cum Acido lactico.
*Milchsäurelimonade.*

Rp. Acidi lactici 5,0
Syrupi simplicis 50,0
Aquae frigidae 500,0.
Misce.

## Potus cum Acido sulfurico.
Limonade sulfurique.

Rp. Acidi sulfurici diluti (1 : 9) 2,0
Aquae destill. 875,0
Syrupi Sacchari 125,0.
Misce. *Ph. Gall.*

Eodem modo parentur:

## Potus cum Acido hydrochlorico
## — — — nitrico
## — — — phosphorico,

Acida diluta ex Acidi concentrati *P.* 1 et Aquae *P.* 9 commixta sunt.

## Potus cum Acido tartarico.
*Limonade tartrique.*

Rp. Acidi tartarici 1,0.
Solve in

Aquae destill. 1,0.
Tum admisce
Syrupi Sacchari 98,0
Aquae destill. 900,0.
*Ph. Gall.*

Eodem mode parentur:

**Potus cum Acido citrico**
et cum Syrupo Citri.

## Potus citratus aërophorus.

Potus acidulus effervescens.
*Limonade gazeuse.*

Rp. Syrupi Sacchari 100,0
Elaeosacchari Citri 3,0
Aquae coctae et refrigeratae 450,0—500,0.

In lagenam vinariam immissis sine ulla agitatione adde

Acidi citrici cryst. 5,0.

Si crystalla acidi lagenae fundum petiverunt, adde eadem ratione

Natri bicarbonici 3,3.

Tum lagenam statim embolo suberino, funiculo ligando, optime claude, loco frigido per diem unum sepone et interdum leniter agita, donec crystalla soluta sint. Ne ultra quinque dies loco frigidiore serva.

Rp. Aquae carbonicae *P.* 1000
[2] Syrupi Citri *P.* 150
Elaeosacchari Citri *P.* 5.
Misce l. a.

Rp. Flavedinis recentis fructuum Citri quatuor (4)
Spiritus Vini rectfss.
Aquae Naphae $\widehat{aa}$ 100,0.

Macera per aliquot dies, tum filtra. In colatura solve

Acidi citrici cryst. 100,0.
Tum adde
Syrupi Sacchari 10000,0.

Hujus syrupi Partes 100 cum Aquae Acido carbonico saturatae *P.* 500 commixtae praebent *Limonade gazeuse.*

*Ph. Gall.* Syrupi Citri 80,0, Aquae Acido carbonico persaturatae 630,0—650,0.

## Potus citricus.

Limonada citrica. *Limonade commune.*

Rp. Acidi citrici 2,5
[1] Syrupi Sacchari 100,0
Aquae frigidae 1100,0.
M. et solve.

Aequali modo parentur Limonada (Potus) nitrica, muriatica, sulfurica, tartarica. Conf. pag. 607.

Rp. Fructus Citri duos
[2] Aquae fervidae 1000,0
Sacchari frustorum 70,0.

Fructus attere ad frusta Sacchari, ut eorum superficies oleo aethereo testae fructuum imbuta sit. Tum fructus Citri exprime et succum in vas porcellaneum infunde, dein adde aquam fervidam et frusta sacchari aromatisata, agita et post horam dimidiam cola. *Ph. Gall.*

## Potus imperialis.

Ptisana imperialis. *Kaisertrank.*

Rp. Tartari depurati 15,0
Cort. Aurantii fruct. 30,0
Sacchari albi 100,0.
Affunde
Aquae bullientis 2000,0.

Post horam unam cola. *Us.* Scutella repleta ebibatur pluries per diem.

## Potus nutricius Infantum Liebigii.

*Liebig's Kindernahrung.*

Rp. Pulv. nutricii infantum 30,0.
Misce cum
Aquae tepidae 30,0
Lactis vaccini 150,0.

Leni calore inter perpetuam agitationem calefac, donec mixtura spissescat. Tum ab igne remove, agitationem per horae partem duodecimam pergendo. Deinde denuo calefac ut antea, donec mixtura spissescat, postremum usque ad ebullitionem calefac et per cribrum setaceum funde.

Pulvis nutricius infantum.
*Liebig's Kindernährpulver.*

Rp. Farinae triticeae
Farinae Malti (polentae tostae) hordeacei $\widehat{aa}$ 100,0
Kali bicarbonici 2,5.
Misce, ut fiat pulvis.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0624-3
DFG

## Potus saccharatus aërophorus.

Limonada domestica. *Limonade gazeuse simple. Brause-Limonade.*

Paretur ex tempore uti Potus citratus aërophorus e

[1] Syrupi simplicis 60,0
Acidi tartarici 5,0
Natri bicarbonici 4,5
Vini (Rhenani) 75,0
Aquae destillatae 350,0.

Rp. Natri bicarbonici 5,0.

[2] Immitte in lagenam capacitatis 500,0 ccm. Tum leniter affunde, non agitando,

Syrupi Rubi Idaei 50,0
Aquae fontanae q. s.

ad replendam lagenam. Deinde injice

Acidi tartarici crystallisati 5,0.

Statim lagenam claude epistomio suberino apto. Epistomio thomice alligato, agita, interdum lagenam in balneum aquae frigidum imponendo. Si crystallula omnia soluta sunt, ad usum potus effectus est. Loco frigido per duos dies asservare potes. (Praeceptum *Waldenburg.*)

Rp. Syrupi simplicis 8500,0
[3] Acidi tartarici 80,0
Essentiae Ananas, Citri vel Vanillae 120,0.

Misce. In lagenas singulas, 0,5 litr. capacitatis, 50,0 grm. hujus mixturae primiter infunde, tum lagenae

Aqua Acido carbonico saturata, valde refrigerata

expleantur et statim obturentur.

## Potus contra Taeniam Blochii.

Rp. Corticis radicis Granati grosso modo pulv. 100,0
Acidi citrici 0,5
Aquae tepidae 400,0.

Digere per aliquot horas, tum calefac, ut mixtura ebulliat. Liquor colatus leni calore evaporetur, ut remaneant

Grammata 150,0,

quibus

Spiritus Vini rectf. 15,0

admisceantur.

## Proteïnum.

Rp. Albuminis ovi q. v.

In spumam redactum sepone per diem et cola. Colaturae inter agitationem instilla

Acidi nitrici q. s.,

quamdiu coagulatio efficitur. Massa coagulata, aqua primum abluta, dein aqua, continente in centenis partibus Acidi hydrochlorici partem unam, depsendo colandoque elota solvatur in liquore Kali caustici valde diluto. Solutioni instilla

Acidi acetici diluti,

quantum sufficit ad praecipitationem proteïni, quod in linteo collectum aqua abluatur, dein loco tepido siccetur et in pulverem contritum in lagenis obturatis servetur.

## Ptisana Boraginis.

*Tisane de Bourrache. Borretschtrank. Trank oder Aufguss aus Boretschblättern.*

Rp. Fol. Boraginis sicc. concis. 10,0.

Affunde

Aquae dest. ebullientis 1000,0.

Post horam dimidiam cola. *Ph. Gall.*

Eodem modo parentur:

Ptisana Anisi fruct.
— Artemisiae
— Buccu fol.
— Centaurei herb.
— Cocae fol.
— Eucalypti etc. etc.

Excipiendae sunt:

Ptisana Carragaheen (*Ph. Gall.*), paranda e Carragaheen 5,0, ebulliendo per minuta decem. Colaturae 1000,0.

Ptisana Chinae (*Ph. Gall.*) e Cort. Chin. 20,0. Infusum. Colaturae 1000,0.

Ptisana Croci (*Ph. Gall.*) e Croci 2,0. Infusum. Colaturae 1000,0.

Ptisana Dulcamarae (*Ph. Gall.*) e stipit. 20,0. Infusum. Colat. 1000,0.

Ptisana fructuum pectoralium (*Ph. Gall.*) e fructuum pectoral. 50,0 (Dactilor., Caricar., Jujubarum, uvarum Corinthiacearum ana 12,5), coquendo per horam dimidiam etc. Colaturae 1000,0.

Ptisana Gentianae (*Ph. Gall.*) e rad. 5,0, macerando per horas quatuor. Colat. 1000,0.

Ptisana Graminis (*Ph. Gall.*).



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0625-9 DFG

Stipit. Graminis 20,0, coquendo per semihoram. Colat. 1000,0.

Ptisana Guajaci ligni (*Ph. Gall.*) e ligni 50,0, ebulliendo per horam unam. Colat. 1000,0.

Ptisana Gummi Arab. (*Ph. Gall.*) e Gummi Arab. 20,0, solvendo in aqua. Colat. 1000,0.

Ptisana Lichenis Islandici (*Ph. Gall.*) e lichenis 10,0. Colat. 1000,0.

Ptisana Hordei perlati (*Ph. Gall.*) e sem. Hord. perl. 20,0, ebulliendo. Colat. (per cribrum e pilis) 1000,0.

Ptisana Saponariae (*Ph. Gall.*) e rad. 20,0. Infunde per horas duas. Colat. 1000,0.

Ptisana Tamarindorum (*Ph. Gall.*) e Tamarindorum 20,0. Colat. 1000,0.

## Pulpa carnea.

*Marmelade de musculine de Réveil.*

Rp. Carnis muscularis recentis e lumbis bovis tauri, a pinguedine tendinibusque cum cura liberatae 1000,0.

Minutim concisa contundantur, ut fiat puls tenerior, cui immisceantur

Sacchari albi pulv. 200,0
Salis culinaris 15,0
Kalii chlorati 5,0
Piperis nigri pulv. 2,0.

In locum carnis taurinae carnem vitulinam, gallinaceam etc. substituere potes, si poscitur. Detur cochlearibus parvis.

## Pulpa Cassiae
(Fistulae).

Rp. Fructuum Cassiae fistulae *P.* 10.

Pulpa e fistulis simul cum nucleis eximatur, modica copia aquae fervidae diluatur, per horam dimidiam digeratur et per cribrum setaceum transacta evaporando agitandoque ad mellis spissitudinem redigatur. Tum admisce

Sacchari albi *P.* 2
(vel Glycerini *P.* 2).

Fiat evaporatione continuata electuarium spissum. Serva pulpam, Saccharo pulverato conspersam, in ollis porcellaneis tectis loco frigido et sicco.

## Pulpa Colocynthidis.

Massa spongiosa fructus Colocynthidis decorticati, a seminibus liberata. *Ph. Brit.*

## Pulpa Prunorum.

Rp. Fructus Pruni domesticae maturos.

Coque cum aqua, donec emolliti sint. Separatis nucleis, pulpam per cribrum setaceum trajice et evaporando agitandoque ad justam spissitudinem mellis redige. Tum partibus 3 residui admisce

Sacchari albi *P.* 1
(vel Glycerinae *P.* 1).

Fiat evaporatione continuata electuarium spissum.

## Pulpa Tamarindorum depurata.

Roob Tamarindorum.

Rp. Pulpae Tamarindorum crudae *P.* 6.

Affunde

Aquae fervidae *P.* 5.

Sepone, interdum agitando, donec Tamarindi plane emolliti fuerint. Tum per cribrum setaceum spathulae ligneae ope trajice et pulpam obtentam in vasis porcellaneis calore balnei vaporis inter agitationem ad extracti spissioris densitatem redige. Dein partibus quinis (5) pulpae admisce

Sacchari albi pulv. *P.* 1
(vel Glycerinae *P.* 1).

Serva loco sicco et frigido in vasis porcellaneis. Sit saporis acidi grati et densitatis justae, ne mucorem contrahat.

Syrupus Tamarindorum.
Pulpa Tamarindorum fluida.

Rp. Fructus Tamarindi *P.* 10.

In lebetem stanneum ingestis affunde

Aquae fervidae *P.* 40.

Coque inter agitationem per horam dimidiam vel unam. Tum exprime. Residuum denuo coque cum

Aquae *P.* 20

et exprime. Colaturae commixtae, sedimentando decanthandoque depuratae, calore balnei vaporis in vase porcellaneo ad consistentiam syrupi tenuioris evaporentur, tum admixtis

Sacchari pulverati
Glycerinae $\widehat{aa}$ *P.* 5,

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0626-5 DFG

eodem calore evaporando ad consistentiam mellaginis spissioris redigantur.

### Pulveres antidyspeptici Gendrini.

Rp. Concharum praeparat. 8,5
Bismuthi subnitrici 5,0
Fabae St. Ignatii pulv. 1,0.

Misce. Divide in partes viginti (20) aequales. Sumatur pulvis unus ante coenam.

### Pulveres antihemicranici

Hammerschlag.

Rp. Coffeïni (citrici) 1,0
Phenacetini
Sacchari albi ana 2,0.

Misce. Divide in doses X (decem) S. Post duas vel tres horas pulvis unus sumatur.

### Pulvinulus odontalgicus Heimii.

*Heim's Zahnkissen.*

Rp. Herbae Patchouli
— Menthae pip.
Florum Arnicae $\widehat{aa}$ 50,0.

Minutim concisis admisce
Caryophyllorum pulv. 10,0
Olei Caryophyllorum
— Thymi $\widehat{aa}$ 2,5
— Bergamottae 4,0
Tincturae Moschi 0,4.

Miscela hac sacculi lintei impleantur, quos taffeto (panno serico) obtegas et subsuas. Sint pulvinuli lenticulati laxi, magnitudine palmae minoris.

### Pulvinuli odoriferi.

*Riechkissen.*

Sunt pulvinuli, magnitudine centimetrorum decem ad viginti quadratorum, eleganter velati, qui continent gossypium oleis odoriferis conspersum, aut pulveres aromaticos, uti Herbam Patchouli pulveratam, Mixtura odorifera conspersam.

### Pulvis aërophorus Anglicus.

Pulvis effervescens. (*Poudre de Fèvre*). *Soda powder. Brows powder. Englisches Brausepulver. Poudre gazogène alcaline.*

I.

Rp. Natri bicarbonici pulv. 2,0.

Dentur ad chartam coeruleam vel rubram.

II.

Rp. Acidi tartarici pulv. 1,5.

Dentur ad chartam albam. I. et II. una dispensentur. (*Ph. Germ., Austr., Fenn.*) *Ph. Gall.* praecipit 1,3 Acidi tartarici.

*Signatura* est:

*Englisches Brausepulver.*

*Patent Soda Powder.*

*In ein halbvolles Glas Zuckerwasser schüttet man den Inhalt des blauen (oder rothen) Päckchens, und rührt bis zur Auflösung des Pulvers mit einem Theelöffel um; hierauf mischt man den Inhalt des weissen Päckchens hinzu, rührt abermals um und trinkt während des Aufbrausens.*

### Pulvis aërophorus

(communis).

*Effervescent powder. Poudre gazogène.*

Rp. Natri bicarbonici 30,0
Acidi tartarici 27,0
Sacchari albi 57,0.

Seorsum pulverata leviter commisceantur. (*Ph. Germ.*)

Substantiae ante mixtionem calore ne siccentur, tantum in aëre siccatae misceantur. Serva in vasis e charta densata confectis.

*(Ad usum mercatorium.)*

Rp. Natri bicarbonici *P.* 7
Acidi tartarici *P.* 6
Magnesiae subcarbonicae *P.* 1
Sacchari albi *P.* 11
Elaeosacchari Citri *P.* 1.

Pulveratas misce et loco sicco in vasis e charta densata confectis serva.

*Nota.* Mixtio haec paululum tantum humescit et stabilis est.

### Pulvis aërophorus granulatus.

*Gekörntes Brausepulver.*

Rp. Natri bicarbonici *P.* 17
Acidi tartarici *P.* 8
Acidi citrici *P.* 6.

Seorsum in pulverem redactae, dein mixtae atque in patinam porcellaneam ingestae calore balnei aquae quam celerrime usque ad 75 vel 85° C., agitationem evitando, calefiant, et simul



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0627-1 DFG

atque inde glomerare incipiunt, moderatius bacilli vitrei ope agitentur, ut in granula coëant, quorum quaeque eadem magnitudine ope cribrorum idoneorum congregentur, seponantur et in lagenas siccas condantur. In paratione cave vasa et instrumenta ferrea.

## Pulvis aërophorus bromatus granulatus.

*Bromopyrine.*

Rp. Natri bicarbonici 50,0
Acidi tartarici 44,0
Sacchari albi 80,0.

Misce, ut fiat pulvis, cui miscelam pulveream, paratam e

Coffeïni 2,5
Antipyrini 7,5
Natrii bromati 50,0
Sacchari albi 26,0,

sensim admisce. Conspergendo Spiritu vini absoluto et agitando fiat massa grumulosa, quae per cribrum aptum cernatur. Lumen cavorum cribri ne millimetra duo superet. Massa per cribrum trajecta aëri exponatur, donec satis sicca appareat.

*Dosis:* Cochlear thearium ter quaterve per diem (asthma, eclampsia parturientium, chorea, pertussis, epilepsia etc.).

## Pulvis aërophorus laxans seu Sedlicensis.

Pulvis effervescens comp. *Ph. U. St., Fenn.* Pulv. aërophorus aperiens. *Seidlitz-Pulver. Seidlitz Powder.*

Rp. Natri bicarbonici 2,5
Tartari natronati 7,5.

Pulverata et mixta dentur ad chartam coeruleam. Tum

rp. Acidi tartarici pulv. 2,0.

Dentur ad chartam albam.

*Signa:* Seorsum in aqua soluta commiscenda. *(Ph. Germ., Fenn.)*

*Ph. Austr.* Tartari natronati 10,0, Natri bicarbon. 3,0. — Acidi tart. 3,0.

*Ph. Gall.* Tart. natronati 6,0 et Natri bicarbonici 2,0. — Acidi tartarici 2,0.

### Pulvis aërophorus laxans Pharmacop. elegantis.

Rp. Natri bitartarici 100,0
Natri bicarbonici 37,5
Magnesiae carbonic. 8,5.

Seorsum loco tepido siccatae, pulveratae mixtaeque dentur ad vitrum, cui cochlear ad mensurandum addatur.

## Pulvis aërophorus cum Magnesia.

Pulv. Magnesiae tartaricus.

Rp. Acidi tartarici 5,0
Sacchari 15,0
Magnesiae carbonic. 3,5.

M. f. pulvis.

## Pulvis aërophorus martialis.

I.

Rp. Ferri carbonici saccharati
[1] Natri bicarbonici āā 0,75.

Misce. Dentur ad chartam caeruleam.

Rp. Acidi tartarici 0,7
[2] Elaeosacchari Citri 0,5.

Misce. Dentur ad chartam ceratam.

*Signa:* Hi pulveres in aqua commiscendi sunt.

II.

Rp. Ferri lactici 5,0
[2] Sacchari lactis 10,0.

Conterendo bene mixtis adde

Pulveris aërophori ad usum mercatorium 30,0.

Detur ad chartam.

III.

Pulveres Menzeri.

Rp. Ferri sulfurici cryst. 0,2
[3] Sacchari albi 0,5.

M. f. pulvis. Detur ad chartam caeruleam. Signetur I.

Rp. Natri bicarbonici pulv. 0,2
Sacchari albi 0,5.

M. Detur ad chartam albam. Signetur II.

*Usus:* Pulveres I. et II. seorsum in aqua solvantur ac inter potum probe misceantur solutiones.

## Pulvis aërophorus martialis granulatus.

Paretur modo quo Pulvis aërophorus granulatus (pag. 611), nisi quod Ferri lactici pulverati et siccati *P.* 3 illis tribus substantiis mixtis immiscentur.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0628-7

**Pulvis aërophorus martialis**
Hufelandi (Ph. paup.).

Rp. Ferri tartarisati 5,0
Magnesiae subcarbonicae 15,0
Tartari depurati 30,0.

Misce. Fiat pulvis.

**Pulvis aërophorus martiatus**
*(Ph. Gallicae).*

Pulvis effervescens ferrugineus.
*Poudre gazogène ferrugineuse.*

Rp. Acidi tartarici 80,0
Natri bicarbonici 60,0
Sacchari albi 260,0
Ferri sulfurici cryst. 3,0.

Acidum tartaricum et Ferrum sulfuricum, quodque antea grosso modo pulveratum, primo misceantur, dein addantur Saccharum et Natrum bicarbonicum subtiliter pulverata.

Ad usum Gm. 20 pulveris in lagenam Gm. 1000 aquae purae impletam uno ictu injiciantur. Tum lagena celeriter epistomio bene clausa agitetur. *Ph. Gall.*

**Pulvis aërophorus martiatus divisus.**

Rp. Ferri carbonici saccharati
Natri bicarbonici $\widehat{aa}$ 5,0.

M. f. pulvis. Divide in *P.* aequales decem (X). Signa: Nr. I.

Rp. Acidi tartarici 5,0
Elaeosacch. Citri 2,5.

M. f. pulvis. Divide in *P.* aequales decem (X). Det. in chart. cerata. S. Nr. II. Pulv. Nr. I primum in aquam ingere. Agitatione peracta, pulvis Nr. II addatur, statim agitetur et liquor spumescens bibatur.

**Pulvis aërophorus menthatus.**

Rp. Pulveris aëroph. (ad usum mercatorium) 50,0
Olei Menth. pip. *Gutt.* 15.

Misce.

**Pulvis aërophorus neutralis.**

Pulvis effervescens neutralis. *Poudre de Seltz Ph. Gallicae.*

Nr. I.

Rp. Natri bicarbonici pulv. 2,0.
Dentur ad chartam coeruleam.

Nr. II.

Rp. Acidi tartarici pulv. 2,0.
Dentur ad chartam albam. Nr. I et Nr. II simul dispensandi sunt.

**Pulvis aërophorus nitratus.**

Rp. Pulveris aëroph. (ad usum mercatorium) 25,0
Kali nitrici sicci 5,0.

Misce. *Dosis:* duo Grammata.

**Pulvis aërophorus**
Ph. paup. (Hufelandi).

Pulvis aërophorus cum Cremore Tartari.

Rp. Magnesiae subcarbonicae 10,0
Tartari depurati 20,0.

Misce. *Dosis:* 1,0—2,0.

*Ph. paup. Berol.* Magnesii subcarbonici 20,0, Acidi tartarici 10,0. M. f. pulv. Mensuram ligulam sumendum.

**Pulvis aërophorus cum Rheo.**

Rp. Pulveris aëroph. (ad usum mercatorium) 20,0
Radicis Rhei pulv. sicc. 4,0.

Misce.

**Pulvis aërophorus sulfuratus.**

Rp. Pulveris aërophori 20,0
Sulfuris subl. loti 10,0.

Misce.

**Pulvis aërophorus**
Vogleri.

Rp. Natrii bicarbonici 20,0
Tartari depurati 60,0
Sacchari albi 40,0.

Misce. Ex tempore paretur.

**Pulvis aërophorus cum Zingibere.**

Rp. Natri bicarbonici 1,5

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0629-4 DFG

Sacchari albi 3,0
Radicis Zingiberis 0,3.
M. Detur ad chartam coeruleam. Tum
rp. Acidi tartarici 1,4.
D. ad chartam albam.

**Pulvis albificans.**
*Mützenpulver.*

Rp. Stanni *P.* 5
Hydrargyri *P.* 6.
Liquando commixtae trituratione assidua in mortario porcellaneo cum
Cretae praep. *P.* 8
usque ad perfectam conjunctionem commisceantur.

**Pulvis Aloës canellatus.**
Pulvis Aloës et Canellae.
*Hiera picra (Heiligbitter).*

Rp. Aloës 8,0
Corticis Canellae 2,0.
Pulverata contere et in pulverem subtilissimum transduc.

**Pulvis alterans Plummeri.**
Pulvis Edinburgensis.

Rq. Calomelanos
Stibii sulfurati aurant. $\widehat{aa}$ 0,05
Sacchari albi 0,5.
Conterendo misceantur. Paretur, quoties usus poscit. Dentur tales doses decem (10). Pro die bis terve pulvis unus.

**Pulvis alterans Plummeri compositus.**

Rp. Calomelanos
Stibii sulfurati aurant. $\widehat{aa}$ 0,05
Sacchari albi 0,5
Resinae Guajaci 0,2.
Misce. Fiat pulvis subtilissimus. Dentur tales doses decem.

**Pulvis Amygdalae compositus.**
Confectio s. Conserva Amygdalarum.

Rp. Amygdalarum dulcium degluptarum 20,0
Sacchari pulverati 10,0
Gummi Arabici 2,5.
M. f. massa tenera. *Ph. Brit.*

Hujus pulveris 11,1 commixta cum Aquae dest. 88,9 praebent
**Mixturam Amygdalae**
*Ph. Brit.*

**Pulvis Amyli stearinati.**
*Glanzstärke. Stärkeglanz. Amidon brillant.*

Rp. Acidi stearinici 10,0.
Solve leni calore in
Spiritus V. absoluti 30,0.
Hoc liquore calido insperge
Amyli triticei pulv. 190,0
et terendo exacte misce.

**Pulvis antacidus**
(Vogleri).
Pulvis terrestris.

Rp. Magnesiae subcarbonicae 5,0
Radicis Ipecacuanhae 0,25
Sacchari albi 40,0
Olei Citri *Gutt.* 8.
M. f. pulvis. Ter quaterve 2,0—4,0.
*Ph. Neerl.* Calcar. carb. 1 et Magnes. subcarb. 1. Misce.

**Pulvis antarthriticus Wundramii.**

Rp. Florum Sulfuris 1,0
Sacchari pulv. 0,3.
M. Dentur tales doses tres.

**Pulvis antemetico-catharticus infantum.**
*Brechdurchfallpulver.*

Rp. Naphthalinae 0,2
Sacchari albi 0,6.
M. Dentur tales doses quinque. S. Trihorio pulvis dimidius vel totus cum mucilagine Salep infanti detur.

**Pulvis antepilepticus albus.**

Rp. Concharum praeparat.
Radicis Paeoniae
Rhizomat. Iridis Florentinae
Visci querni $\widehat{aa}$ 10,0
(Auri foliati q. s.).
M. Fiat pulvis.
Pulv. antepilept. Baldingeri: Magnesiae ustae 5,0 Rd. Rhei, Visci albi, Fol. Aurant. $\widehat{aa}$ 2,0.
*Dosis:* Cochlear thearium ter p. d.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0630-5 DFG

**Pulvis antepilepticus**
Comitis Duplessis-Parseau.
Pulvis Wiedebachii et Schlemuelleri.
Pulvis Diaconissarum Dresdensium.

Rp. Talpam alicujus speciei.
Abluta in frustula discissa loco tepido siccetur, tum in vas ferreum, operculo tegendum, ingesta tamdiu torrefiat, quamdiu vapores densiores evadunt. Massa subcarbonacea residua in pulverem redigatur.
Loco talpae bestias alias generis glirum ut mures, rattos adhibere potes.

**Pulvis antepilepticus**
Hufelandi.
Pulvis epilepticus albus.

Rp. Visci albi
Radicis Valerianae
Cornu Cervi usti
Lapidis Cancrorum $\widehat{aa}$ 15,0.
Misce. Fiat pulvis subtilissimus. *Signa:* bis terve quoque die cochlear parvum.

**Pulvis antepilepticus niger.**

Rp. Concharum praeparat.
Radicis Paeoniae
Visci querni
Carbonis vegetabilis $\widehat{aa}$ 10,0
(Auri foliati q. s.).
M. f. pulvis subtilissimus.

**Pulvis antepilepticus ruber.**
Specificum cephalicum.

Rp. Pulveris Visci compositi 15,0
Cinnabaris 10,0
(Auri foliati q. s.).
M. f. pulvis subtilissimus.

Pulv. antepileptic. Carignanus.
Rp. Pulv. epilept. Marchionis 15,0 Boli Armenae, Boli albae $\widehat{aa}$ 7,5 Cinnabaris, Eboris usti nigri $\widehat{aa}$ 2,5, Kermetis mineralis 1,25. Misce.

**Pulvis anticatarrhalis.**
Pulvis sternutatorius anticatarrhalis.
*Catarrh Powder. Catarrh Snuff.*

Rp. Morphini hydrochlorici 0,5
[1] Gummi Arabici 30,0
Bismuthi subnitratis 90,0.
Misce. Fiat pulvis. (*Nat. Form.*)

Pulvis anticatarrhalis fuscus.
Rp. Morphini 0,5
[2] Radicis Iridis 20,0
Tabaci sternutatorii 80,0.
Misce. *Usus:* quinquies p. d.

**Pulvis antihaemorrhoidalis.**
*Hämorrhoidalpulver.*

Rp. Sulfuris sublimati loti 10,0
Tartari depurati 20,0
Tuberis Jalapae
Radicis Rhei
Elaeosacchari Citri $\widehat{aa}$ 5,0.
Misce, fiat pulvis subtilis. *Signa:* ter quoque die cochlear parvum.

**Pulvis antimonialis Jacobi.**

Rp. Calcii phosphorici 40,0
Concharum praep. 20,0
Antimonii diaphoretici abluti 40,0
Eburis usti nigri 1,0
Aquae destill. 100,0.
Mixta calore modico evapora et residuum exsiccatum in pulverem subtilem redactum serva in vitris obturatis.

**Pulvis antimonialis**
Ph. paup.

Rp. Stibii sulfurati nigri 20,0
Magnesiae subcarbonicae 3,0
Cassiae cinnamomeae 2,5
Sacchari 20,0.
Misce. Divide in partes aequales decem (10). *Signa:* mane et vespere pulvis dimidius.

**Pulvis Antimonii compositus.**
Pulvis antimonialis (Jamesii).
*James-Powder. Antimonial powder.*

Rp. Antimonii sulfurati crudi *P.* 1
[1] Cornu Cervi minutim raspati *P.* 3.
Mixtas in crucibulo igne candente diligenter move, donec vapor nullus

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0631-1 DFG

ascendat. Post refrigerium massam residuam tritam in crucibulum Hassiacum immitte, ut, igne sensim aucto, candeat per horas duas. Massa in pulverem subtilissimum redacta servetur. *Dosis* 0,1—0,2—0,3.

Rp. Stibii oxydati *P.* 1
[2] Calcariae phosphoricae *P.* 2.
Misce. *Ph. Gall., Brit., Ph. U. St.* *Dosis* 0,15—0,3.

**Pulvis antiphlogisticus**
Hufelandi.

Rp. Kalii sulfurici
Kalii nitrici $\widehat{aa}$ 5,0
Tartari natronati
Kalii bitartarici $\widehat{aa}$ 10,0.
M. f. pulvis. Tertia quaque hora cochlear parvum.

*Ph. paup. Berolin.* Kali nitrici, Kali sulfurici, Tart. natronati $\widehat{aa}$ 10,0. S. Bi-, trihorio mica (c. aq.) sumatur.

**Pulvis antiprosopalgicus.**
Pulvis antineuralgicus.
*Poudre contre Tic douloureux.*

Rp. Butylochlorali 0,1
Elaeosacchari Menth. pip. 0,5.
M. f. pulvis. Dentur tales doses decem, in charta cerata involutae. S. Quavis hora vel bihorio pulvis unus sumatur. Contra neuralgiam facialem vel prosopalgiam, etiam contra dolores dentium neuralgicos.

**Pulvis antipruriginicus.**
Pulvis antipruriginosus. Pulvis contra pruritum. *Juckpulver.*

Rp. Zinci oxydati puri
[1] Bismuthi subnitrici $\widehat{aa}$ 5,0
Rhiz. Iridis Florent. 20,0.
M. f. pulv. subtilis.

Rp. Bismuthi subnitrici 10,0
[2] Rhiz. Iridis Florent. 5,0.
M. f. pulv. subtilis.

*Usus.* Ad superspersionem (affectiones pruriginosae, intertrigo, vulnera dermatica, haemorrhoïdes dolorosae, coryza).

**Pulvis antiscrophulosus.**
Form. mag. Berol. in us. paup.

Rp. Hydrargyri stibiato-sulfurati
Radicis Rhei $\widehat{aa}$ 5,0
Magnesiae subcarbonicae
Sacchari $\widehat{aa}$ 2,5
Olei Foeniculi *Gutt.* 8.
Misce. Fiat pulvis subtilissimus. Saepius detur mica.

**Pulvis antiscrophulosus**
Graefii.

Rp. Calomelanos
Stibii sulfurati aurant.
Foliorum Conii $\widehat{aa}$ 0,05
Sacchari albi 0,5.
M. f. pulvis. Dentur tales doses decem (10). Singulis diebus bis quaterve dosis una.

**Pulvis antisimulatorius.**
Pulvis contra simulationes. *Simulantenpulver.*

Rp. Ligni Quassiae sbt. pulv. 20,0
Lycopodii 10,0
Amyli tritici 15,0
Aloës 5,0
Olei Succini 0,5.
M. D. S. Quadrante horae quantum capit culter extremus. Hic pulvis simulantes e nosocomio expellit.

**Pulvis antispasmodicus.**

Rp. Castorei Canadensis 5,0
Cassiae cinnamomeae 1,0
Sacchari albi 10,0.
M. f. pulvis. Divide in partes aequales viginti (20). Singulis horis detur pars una.

**Pulvis antispasmodicus Infantum**
Ph. paup. Berol.

Rp. Concharum pp. 10,0
Radicis Valerianae
Visci quercini $\widehat{aa}$ 5,0.
M. f. pulvis.

**Pulvis antispasticus.**
Pulvis antispasmodicus in calvo et globo hysterico.

Rp Bismuthi subnitrici 0,05
Extr. Strychni aquosi 0,015
Sacchari albi 0,5.
Misce. Fiat pulvis. Dentur tales

doses decem (10). Bi- vel trihorio dosis una.

### Pulvis Apes roborans.

*Bienenpulver.*

Rp. Cassiae cinnamomeae 20,0
Caryophyllorum aromatic.
Seminis Amomi
Macidis aa 5,0
Radicis Zingiberis
Radicis Zedoariae
Radicis Galangae aa 2,0
Radicis Vincetoxici
Radicis Asari
Cardamomi minoris aa 1,0
Sacchari albi 30,0.

M. f. pulvis subtilis. Detur cum Vino Hispanico et Aqua commixtus.

### Pulvis Ari compositus.

Pulvis stomachicus Birkmannii. Pulv. Ari alkalinus.

Rp. Radicis Ari 20,0
Radicis Pimpinellae
Radicis Calami aa 10,0
Concharum praep. 5,0
Cassiae cinnamom. 3,5
Natri carbonici sicci 2,5.

M. f. pulvis subtilissimus.

### Pulvis aromaticus.

Pulvis Cinnamomi comp.

Rp. Cassiae cinnammomeae 10,0
Cardamomi minor. 6,0
Radicis Zingiberis 4,0.

Misce, ut fiat pulvis subtilis. (*Ph. Germanica.*) *Dos.* 0,3—0,5—1,0.

*Ph. Brit.* Cinnamomi Ceylan., Sem. Cardamomi et Rhiz. Zingiberis ana partes.

*Ph. U. St.* Cinnamomi Ceylan., Rhiz. Zingiberis ana 35,0, Cardamomi, Sem. Myristicae ana 15,0.

### Pulvis aromaticus Indicus

Pulvis Kurri. *Kurri-powder. Kari-powder.*

Rp. Fructus Coriandri 60,0
Cassiae cinnammomeae 30,0
Piperis nigri 25,0
Fructus Capsici annui
Seminis Cardamomi min.
Rhizomatis Zingiberis aa 15,0
Fructus Amomi 20,0.

Misce, ut fiat pulv. paullum subtilis.

*Praecept. Anglic.* Rad. Curcum., Sem. Coriandri ana 125, Piperis nigri 70, Rd. Zingib. 55, Cass. cinnamom., Flor. Macid., Caryophyll. ana 15, Cardamom. 30, Sem. Carvi 8, Piperis Cayenn. 30.

### Pulvis aromaticus ruber.

Tragea aromatica.

Rp. Pulveris aromatici 15,0
Ligni Santali rubri 5,0
Sacchari albi 80,0.

Misce. Fiat pulvis subtilis.

### Pulvis arsenicalis.

I.

Pulvis arsenicalis Cosmi, Hellmundi, Bernardi.

Pulvis Cosmi s. cosmicus. *Cosmisches Pulver. Poudre du Frère Côme.*

Rp. Cinnabaris praep. 12,0
Eboris usti 0,8
Sanguinis Draconis 1,2
Arsenici albi 4,0.

M. f. pulvis subtilissimus. (*Ph. Germanica*). (Causticum carcinomatum.)

II.

Pulvis arsenicalis Rousseloti.

*Poudre de Rousselot.*

Rp. Arsenici albi 1,0
Cinnabaris praep.
Sanguinis Dracon. aa 8,0.

M. f. pulvis subtilissimus.

III.

Pulvis arsenicalis (Patrix).

Rp. Cinnabaris pp. 16,0
Sanguinis Dracon. 8,0
Arsenici albi 1,0.

M. f. pulvis subtilissimus.

IV.

Pulvis escharoticus debilis.

*Poudre escharotique arsenicale faible (Formule d'Antoine Dubois).*

Rp. Acidi arsenicosi 0,6
Cinnabaris praep. 10,0
Sanguinis Draconis 5,0.

Misce, ut fiat pulvis subtilissimus.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0633-3

Ad usum pulvis hic aquae paulo subigatur. *Ph. Gall.*

V.

Pulvis escharoticus arsenicalis s. fortis.

*Poudre escharotique arsenicale forte (Formule du Frère Côme).*

Rp. Acidi arsenicosi 1,0
Cinnabaris 5,0
Spongiae tostae 2,0.

Misceantur, ut fiat pulvis subtilissimus. Ad usum pulvis hic aquae paulo subigatur. *Ph. Gall.*

**Pulvis atramentarius.**

*Tintenpulver.*

Rp. Gallarum Turcicarum 100,0
Vitrioli Martis 50,0
Cupri sulfurici 30,0
Gummi Arabici 10,0.

M. f. pulvis grossus.

**Pulvis atramentarius**

Platzeri.

Rp. Extracti Ligni Campechiani 1000,0
Kali chromici 10,0
Carmini ex Indigo 1,0.

M. f. pulvis.

**Pulvis bechicus**

Lebasii.

*Lebas' Viehpulver.*

Rp. Radicis Liquiritiae
Radicis Althaeae $\widehat{aa}$ 50,0
Radicis Iridis Florent. 5,0
Florum Sulfuris 15,0.

M. f. pulvis grossiusculus.

**Pulvis Briffaulti.**

*Poudre de Briffault.*

Rp. Sulfuris praecipitati 25,0
Zinci sulfurici 2,0
Calcariae ustae 5,0
Boli Armenae 1,0.

M. f. pulvis subtilis, qui in partes aequales viginti (20) dividatur, quae dentur ad chartam ceratam.

**Pulvis Cacao compositus.**

Pulvis restaurans. *Reiskontant.*

Rp. Massae Cacao 100,0
Seminis Oryzae
Sacchari $\widehat{aa}$ 50,0
Cassiae cinnamomeae 1,5.

M. f. pulvis subtilis.

**Pulvis Calomelanos cum Opio.**

Pulvis chloreti hydrargyrosi thebaicus.

Rp. Opii 0,5
Calomelanos 1,0
Sacchari 8,5.

M. f. pulvis subtilissimus. Divide in viginti (20) partes aequales.

**Pulvis e Camphora.**

Rp. Camphorae 10,0
Gummi Arabici 6,0
Sacchari 10,0.

M. f. pulvis. *Pharm. milit. Austr.*

**Pulvis Caragaheen compositus.**

Rp. Lichenis Caragaheen 15,0
Aquae 200,0.

Decoquantur. Colaturae ad 80,0 usque evaporando redactae admisce

Sacchari pulv. 125,0
Gummi Arab. pulv. 30,0
Radicis Iridis Florent. subt. pulv. 5,0.

Inter agitationem leni calore exsiccentur. Residuum in pulverem redactum cum

Amyli Marantae 100,0

commisce. Serva loco sicco.

**Pulvis carbolatus.**

Pulv. desinficiens. *Carbolpulver.*

Rp. Acidi carbolici *P.* 20
Calcariae ustae exstinctae *P.* 50
Gypsi pulv. *P.* 200
Lithanthracis *P.* 100.

Misce. Fiat pulvis grossus. *Usus:* Ad inspersionem in sellas familiaricas, locos sordidos etc.

**Pulvis carminativus Infantum.**

Pulvis contra tormenta infantum. (Praeceptum Strassburgense.)

Rp. Fructus Foeniculi 25,0

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0634-9
DFG

Fructus Anisi 50,0
Sacchari pulv. 350,0
Farinae secalis 75,0
Opii optimi 1,0.
M. f. pulvis. 10,0 contineant 0,02 Opii.

### Pulvis castratorius corrosivus.

*Pulver der Schweinschneider.*

Rp. Hydrargyri bichlorati corrosivi
Cupri sulfurici aa 50,0
Boli Armenae 200,0.
Misce, ut fiat pulvis subtilior. Caute dispensetur. S. Venenum.

### Pulvis contra Casum.

*Fallpulver. Schreckpulver.*

Rp. Concharum praeparat.
Pulveris temperantis rubri
Radicis Iridis Florent.
Visci querni aa 10,0.
M. f. pulvis subtilissimus.

### Pulvis Catechu compositus.

Rp. Catechu 10,0
Kino 5,0
Radicis Ratanhae 5,0
Cassiae cinnamomeae
Nucum moschat. aa 2,5.
M. f. pulvis. *Dosis:* 1,2–2,5. (Diarrhoea chronica). *Ph. Brit.*

### Pulvis causticus Plenkii.

Rp. Hydrargyri oxydati rubri
Aluminis usti aa 1,0
Herbae Sabinae 12,0.
M. f. pulvis subtilissimus.

### Pulvis causticus

s. escharoticus Viennensis.

Rp. Kali caustici sicci 50,0
Calcariae ustae 60,0.
Misce terendo in mortario ferreo calido, ut fiat pulvis subtilior. Serva in lagenis optime clausis.
*Signa:* Applicetur ope aquae guttularum nonnullarum supra aperturam emplastri fenestrati.

### Pulvis Cerussae camphoratus.

Sief album cum Camphora.

Rp. Cerussae albae 40,0
Amyli 15,0
Gummi Arabici
Tragacanthae aa 8,0
Camphorae 2,0.
M. f. pulvis.

### Pulvis cervinus.

Pulvis ad satyriasin pecorum. Pulvis salax. *Brunstpulver. Hirschbrunstpulver.*

Rp. Radicis Galangae 10,0
[1] Zingiberis 20,0
Cassiae cinnamomeae 50,0
Seminis Amomi 5,0
Carbonis vegetabilis 3,0
Cantharidum 1,0.
M. f. pulvis subtilior.
*Signa:* Vaccis et equis quarta hora ante coïtum 15 Grammata cum lacte dulci (750,0) commixta porriguntur.

Rp. Radicis Galangae
[2] Cassiae cinnamomeae
Sporidiorum Lycoperdi (Boleti cervini) aa *P.*
M. f. pulvis. Dosis equis et vaccis praebenda aequat 30 Grammata, cum lacte dulci commiscenda.

### Pulvis e Chinino.

(Form. mag. Berol. in us. paup.)

Rp. Chinini sulfurici 2,0
Radicis Liquiritiae
Sacchari aa 5,0.
M. f. pulvis. Divide in partes aequales sedecim (16). Dosis una 0,75 Grammatis.

### Pulvis cibarius

Goelisii.

*Dr. Gölis' Universalspeisenpulver. Speisepulver.*

Rp. Natri bicarbonici *P.* 95
Ammonii chlorati *P.* 1
Cretae albae *P.* 4.
M. f. pulvis.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0635-5 DFG

**Pulvis constituens pilularum.**

I.

Pulvis colligans albus ad mass. pilularum.

Rp. Radicis Althaeae 10,0
Tragacanthae 15,0
Rhizomatis Iridis 60,0.

M. f. pulvis subtilissimus.
In olla vitrea servetur.

II.

Pulvis colligans flavus ad mass. pilularum.

Rp. Radicis Althaeae 10,0
Tragacanthae 15,0
Radicis Gentianae 60,0.

M. f. pulvis subtilissimus.
In olla vitrea servetur.
Loco liquoris fluidi adhibeatur Glycerina diluta (Glycerinae et Aquae destill. ana partes).

**Pulvis Cornachini.**

Pulvis de tribus. Pulvis Warwichii. Pulvis catholicus. Pulvis basilicus. *Poudre royal.*

Rp. Scammonii
Tartari depurati
Kali stibici aa *P.*

M. f. pulvis subtilissimus.

**Pulvis cosmeticus**

Parisiensis.
Pulvis manualis.

Rp. Amyli ex Oryza 100,0
(vel Talci Veneti praep. 120,0)
Natri carbonici sicci
Boracis pulv.
Mixturae odoriferae cum Moscho aa 4,0.

M. f. pulvis subtilior.

**Pulvis Cretae aromaticus.**

Confectio aromatica. *Aromatic Powder of Chalk.*

Rp. Corticis Cinnamomi 8,0
Seminis Myristicae
Croci aa 6,0
Caryophyllorum 3,0
Seminis Cardamomi 2,0
Sacchari 50,0
Cretae praeparatae 22,0.

Pulverata misceantur. *Ph. Brit.*
*Dosis:* 0,6—4,0.

**Pulvis Cretae aromaticus cum Opio.**

*Aromatic Powder of Chalk and Opium.*

Rp. Pulv. Cretae aromatici 39,0
Opii pulverati 1,0.

Misceantur. *Dosis:* 0,6—1,0—2,5. *Ph. Brit.*

**Pulvis Cretae compositus.**

*Compound Chalk-Powder. Compound Powder of chalk.*

Rp. Cretae praep. 15,0
Corticis Cinnamomi 10,0
Radicis Tormentillae
Gummi Arabici aa 7,5
Piperis longi 1,5.

M. f. pulvis subtilissimus.
*Ph. U. St.* Cret. praep. 30,0, Gummi Arab. 20,0, Sacch. 50,0.

**Pulvis dentifricius.**

Rp. Radicis Iridis Florent. 80,0
Tartari dep. 20,0
Olei Citri 0,5.

Misce.

**Pulvis dentifricius acidus.**

Dentifricium acidulum.

Rp. Tartari depurati
Sacchari lactis aa 200,0
Carmini rubri 0,4
Olei Menthae pip. 1,0.

Misce. Fiat pulvis subtilis. *Ph. Gall*

**Pulvis dentifricius albus.**

Rp. Concharum praep. 50,0
[1] Lapidis Pumicis praep.
Radicis Irid. Florent. aa 5,0.

Misce, ut fiat pulvis, cui admisceas
Olei Caryophyllorum
Olei Bergamottae aa 1,0.

Rp. Concharum praep.
[2] Ossium Sepiae
Coralliorum alborum

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0636-1 DFG

Radicis Iridis Flor. āā 50,0
Acidi salicylici 5,0.
Misce. Fiat pulvis subtilior, cui addas
Olei Rosae 0,25.

Rp. Rad. Iridis Florentinae
[3] Magnes. subcarbonicae āā 5,0
Calcariae carbonic. praecipit. 40,0.
In pulverem redactis et mixtis adde
Olei Menthae pip. *Gutt.* 4,
solutas in
Spiritus Vini absoluti 2,0.
Postremo miscelam per cribrum trajice. *Ph. Austr*

**Pulvis dentifricius alkalinus.**

Dentifricium alkalinum.

Rp. Natri bicarbonici 10,0
Boli Armenae 40,0.
Misce.

*Ph. Gall.* Calcii carbonici praec., Magnesii carb., Cort. Chinae griseae ana 100,0, Ol. Menth. pip. 1,0.

**Pulvis dentifricius Anglicus**

s. Britannicus. Creta camphorata. Pulv. dentifricius albus camphoratus.

Rp. Cretae laevig. siccae 100,0
Radicis Irid. Florent. 30,0
Magnesiae subcarbonic. 10,0
Camphorae 4,0
Spiritus Rosae 2,0.
M. Detur in lagenam.

**Pulvis dentifricius cinchonato-carbonisatus.**

Dentifricium cum carbone et Cinchona.

Rp. Carbonis vegetabilis 200,0
Cort. Chinae griseae 100,0
Olei Menth. pip. 1,0.
Misce. Fiat pulvis. *Ph. Gall.*

**Pulvis dentifricius cretaceo-camphoratus.**

Pulvis dentifricius cum Creta et Camphora.

Rp. Camphorae 10,0
Calcii carbonici praecip. 90,0.
Misce. Fiat pulvis. *Ph. Gall.*

**Pulvis dentifricius desinfectorius.**

*Desinfecirendes Zahnpulver. (Vigier's).*

Rp. Resorcinae 2,5
Saloli 5,0
Pulv. dentifric. Heideri 50,0.
Misce exacte.

**Pulvis dentifricius Heideri.**

Rp. Ossium Sepiae 20,0
Radicis Iridis Florentinae
Magnes. subcarbonicae āā 2,5
Olei Menthae pip. *Gutt.* 10.
Misce.

**Pulvis dentifricius**

ex herbis variis.

Rp. Rhizomatis Calami
Herbae Salviae
Concharum praep. āā 15,0
Lapid. Pumicis praeparati 1,5.
M. f. pulvis.

**Pulvis dentifricius**

Hessii.

Rp. Ligni santalini rubri 15,0
Magnesiae ustae 10,0
Ossium Sepiae 50,0
Radicis Calami 25,0.
M. f. pulv.

**Pulvis dentifricius**

Hufelandi.

Rp. Ligni Santali rubri 20,0
[1] Corticis Chinae fusci 10,0
Aluminis crudi 2,5.
Pulveratis admisce
Olei Caryophyllorum
Olei Bergamottae āā *Gutt.* 10.

Pulvis dentifricius adstringens Hageri.

Rp. Rhizomatis Calami pulv.
Rhiz. Iridis Florentinae pulv. āā 50,0
Laccae in globulis 20,0
Aluminis usti 10,0
Olei Bergamottae 0,7
Olei Caryophyll. 0,5.
Misce. Fiat pulvis.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0637-6
DFG

*Usus:* In relaxatione gingivarum, salivatione, ulorrhagia (*Bluten des Zahnfleisches*).

**Pulvis dentifricius**
Kutzneri.

Rp. Acidi phosphorici sicci 3,0
Carbonis Tiliae
Radicis Calami aa 25,0
Corticis Chinae regiae 12,5
Myrrhae 6,0
Olei Menthae piperitae
Olei Rosae aa *Gutt.* 10.
M. fiat pulvis.

**Pulvis dentifricius**
Mogallae.

Rp. Radicis Calami 15,0
Carbonis vegetabilis 30,0
Olei Caryophyllorum
Olei Citri corticis
Olei Bergamottae aa *Gutt.* 10.
M. f. pulvis.

**Pulvis dentifricius**
Murphyanus.

Rp. Cretae laevigatae 100,0
Rhizomatis Iridis Flor. 15,0
Boli Armenae 20,0
Magnesiae subcarbonic. 2,5
Olei Cassiae *Gutt.* 15.
M. f. pulvis.

**Pulvis dentifricius niger.**

Rp. Carbonis vegetabil. 90,0
[1] Radicis Calami
Lapidis Pumicis
Corticis Chinae
Catechu aa 10,0.
Pulveratis admisce
Olei Caryophyllorum
Olei Bergamott. aa *Gutt.* 25.

Rp. Carbonis vegetabilis 100,0
[2] Corticis Chinae fusci
Caryophyllorum
Tartari depurati aa 20,0.
Pulverata misce.

**Pulvis dentifricius roborans.**
Pulvis ad dentes anodynus.

Rp. Rad. Iridis Florentin. pulv.
Cassiae cinnamomeae aa 50,0
Tartari depurati 5,0
Conchinini tannici 15,0
Opii puri 5,0.
Misce. Fiat pulvis.

**Pulvis dentifricius ruber.**

Rp. Concharum praep. 100,0
[1] Lapidis Pumicis 50,0
Laccae in globulis
Ossium Sepiae aa 25,0
Radicis Iridis Florentinae
Aluminis usti aa 10,0
Olei Caryophyllorum
Olei Bergamottae aa *Gutt.* 20.
Misce. Fiat pulvis tener.

Rp. Concharum praep. 100,0
[2] Lapidis Pumicis
Radicis Iridis Flor. aa 8,0
Rubri Berolinensis 6,0.
Pulverata diligenter conterendo commisceantur cum
Olei Amygdalarum expressi
Olei Caryophyllorum
Olei Bergamottae aa *Gutt.* 25.

Rp. Ligni Fernambuci
[3] Aluminis aa 120,0
Aquae 1500,0.
Coque. Colaturae admisce
Cretae albae laevig. 200,0
Magnes. subcarbonicae 40,0.
Sedimentum inde exortum collige et sicca. Huic deinde admisce
Radicis Irid. Florent. 30,0
Lapidis Pumicis 10,0
Olei Bergamottae
Olei Caryophyllorum
Olei Lavandul. aa *Gutt.* 15.
Olei Amygdal. amar. *Gutt.* 3.
Fiat pulvis subtilis.

Pulvis dentifricius cum Tartaro.
Pulvis dentifricius Viennensis. Pulvis dentifricius acidus.

Rp. Coccionellae pulv. 10,0
[4] Liquoris Kali carbonici 40,0.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0638-2 DFG

Diligenter contrita commisceantur cum

Aluminis usti 40,0
Tartari depurati
Calcariae phosphoric. āā 100,0.

Tum massam exsicca et in pulverem subtilem redige. Postremum adde

Olei Caryophyllor. 2,5.

Rp. Laccae in globulis 100,0
[5] Ossium Sepiae 50,0
Aluminis crudi 25,0
Tartari depurati
Concharum pp. āā 150,0
Olei Caryophyllor. 1,5
Olei Citri 0,75
Olei Amygdalarum pinguis *Gutt.* 10.

M. Fiat pulvis.

### Pulvis dentifricius
Welperi.

Rp. Carbonis vegetabilis 40,0
Tartari depurati
Catechu
Myrrhae āā 5,0
Olei Caryophyllor. 1,0
Olei Bergamottae 0,4.

M. Fiat pulvis.

### Pulvis diaphoreticus
Graefii.

Rp. Camphorae 0,1
Opii 0,03
Kali nitrici 0,3
Sacchari albi 10,0.

Misce. Fiat pulvis, qui ante somnum sumatur.

### Pulvis digestivus.
*Digestivpulver.*

Rp. Kali sulfurici 20,0
Radicis Rhei 10,0
Ammonii muriatici 5,0.

M. f. pulv. *Dos.* 0,5—1,0 bis terve p. d.

### Pulvis digestivus
Kannenwurfii.

Rp. Flaved. Cort. Aurant. 2,5
Radicis Rhei 5,0
Tartari depurati 20,0
Sacchari 40,0

M. f. pulvis.

### Pulvis digestivus
Kleinii.

Pulvis Rhei tartarisatus. Pulvis leniens Kleinii.

Rp. Flaved. Cort. Aurantii
Kali tartarici
Radicis Rhei āā 10,0.

M. f. pulvis subtilior.

### Pulvis digestivus ad quartanas.
*Magenpulver bei kaltem Fieber.*

Rp. Tartari depurati 10,0
Ammonii chlorati 5,0
Radicis Rhei 2,5.

M. f. pulvis.

### Pulvis diureticus.
*Tisane sèche Ph. Gall.*

Rp. Gummi Arabici 60,0
[1] Sacchari lactis 60,0
Kali nitrici
Radicis Althaeae āā 10,0
Radicis Liquiritiae 20,0.

M. f. pulvis.

*Dosis:* 10,0 pulveris in aquae litram unam ingerenda sunt et liquor ad potum agitetur. *Ph. Gall.*

Pulvis Scillae cum Natro carbonico. *Ph. mil. Bor. vet.*

Rp. Natri carbon. sicci 2,0
[2] Radicis Scillae 0,4
Radicis Calami 2,0
Sacchari 8,0
Olei Junip. bacc. *Gutt.* 9.

M. f. pulvis. Divide in sex partes aequales. Doses tres die uno.

### Pulvis diureticus
Brerae.

Rp. Foliorum Digitalis 1,0
Kali nitrici 10,0.

Misce. Fiat pulvis, qui in partes decem (10) dividatur. Binis quaternisve horis pars una sumatur.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0639-0 DFG

**Pulvis divinus**
patris Magnant.
*Poudre divine de Magnant père.*

Rp. Gypsi usti 100,0
Picis liquidae e lithanthrace 25,0.
Misce.

**Pulvis eccoproticus.**
Pulvis anticolicus.

Rp. Tartari depurati 20,0
Radicis Rhei 10,0
M. f. pulvis.

**Pulvis eccoproticus tonicus.**

Rp. Corticis Chinae regiae 20,0
Radicis Rhei 10,0.
M. f. pulvis.

**Pulvis ecphracticus**
Sellii.

Rp. Florum Chamomillae
Radicis Rhei
Elaeosacchari Foeniculi
Magnesiae subcarbonicae
Sulfuris depurati
Tartari dep. aa 10,0.
M. f. pulvis.

**Pulvis Elaterinae compositus.**

Rp. Elaterinae 10,0
Sacchari lactis 390,0.
Misce. Fiat pulvis subtilis. *Dosis:* 0,025—0,3. *Ph. Brit.*

**Pulvis emeticus.**
Pulvis Ipecacuanhae stibiatus. Pulvis e Tartaro stibiato.

Rp. Tartari stibiati 0,05
Radicis Ipecacuanhae 2,0
M. f. pulvis, qui dosin unam praebet.

*Ph. Fenn.* Tart. stib. 0,1, Rd. Ipec. 0,5, Sacch. 0,4.

*Form. mag. Berol.* Tart. stib. 0,1; Rad. Ipecac. 1,5. Singulo quadrante horae triens pulveris sumendus est usque ad effectum.

**Pulvis** contra **Epilepsiam**
Ragolei vel Ekhorstii.

Rp. Radicis Valerianae 25,0
Magnesiae subcarbonic. 6,0
Ammonii muriatici
Olei Cajeputi aa 2,0.
M. f. pulvis. *Signa:* bis terve pro die cochlear parvum sumatur.

**Pulvis Equorum.**
Pulvis contra faucium tumorem equorum. Pulvis Equorum griseus. Pulvis hippiatricus. *Drüsenpulver.*

Rp. Natri sulfurici pulv. 200,0
[1] Natri nitrici
Kali nitrici aa 50,0
Sulfuris sublimati
Antimonii crudi
Baccarum Juniperi
Fructus Foeniculi
Seminis Foeni Graeci
Radicis Gentianae aa 100,0.
M. f. pulv. grossiusculus.

Rp. Sulfuris sublimati
[2] Natri nitrici
Radicis Carlinae
Fructus Anisi aa 100,0
— Foeniculi
Antimonii crudi aa 200,0
Radicis Asari 50,0
Baccarum Juniperi 500,0
(Asae foetidae 10,0).
M. f. pulvis grossiusculus.

Pulvis Equorum cum Asa foetida.

Rp. Pulveris Equor. grisei 300,0
[3] Asae foetidae
Spiritus camphorat. aa 10,0.
M. f. pulvis grossiusculus.

Pulvis Equorum niger.

Rp. Pulveris Equor. grisei 500,0
[4] Salis culinaris
Eboris usti aa 50,0.
M.

Pulvis Equorum ruber.

Rp. Herbarum variar. pulv.
[5] (vel Sem. Foeni Graeci)
Baccarum Juniperi aa 200,0
Boli rubrae 100,0
Salis culinaris
Seminis Foeniculi
Florum Sulfuris aa 30,0

Asae foetidae 7,5
Spiritus camphorati 10,0.
M. f. pulvis grossiusculus.

Pulvis Equorum viridis.
Pulvis vaccarum viridis.

Rp. Herbarum variar. pulv.
[6] Baccarum Juniperi $\widehat{aa}$ 200,0
Herbae Sabinae 50,0
Fructus Foeniculi
— Anisi
Salis culinaris $\widehat{aa}$ 30,0
(Asae foetidae 5,0).
M. f. pulvis grossiusculus.

Pulvis Equorum Kwizdai.
*Korneuburger Vieh-, Nähr- und Heilpulver.*

Rp. Natri sulfur. dilapsi crudi 250,0
[7] Magnes. sulfuric. dilaps. 10,0
Kali nitrici 35,0
Florum Sulfuris 30,0
Fructus Anisi 20,0
Radicis Gentianae 15,0.
M. Fiat pulvis grossus. Signetur:

*Gebrauchsanweisung.*

*Pferden und Hornvieh, wenn sie ausgewachsen, giebt man je nach Umständen 1 oder 2 Mal am Tage, jedes Mal eine Handvoll auf das Futter. Bei hartnäckigen Leiden muss man den Tag über 3 bis 4 Mal einen gehäuften Löffel voll geben. Bei Entzündungsleiden, Blähsucht, Kolik, und in den Fällen, wo schnelle Hilfe nöthig ist, giebt man alle 2 Stunden einen mässig gehäuften Esslöffel voll in Kamillenthee. Den kleinen Hausthieren, wie den Schafen und Schweinen, giebt man jedes Mal eine Prise oder einen Theelöffel voll, je nach den Umständen 1 bis 4 Mal am Tage, und in dringenden Fällen alle 2 Stunden.*

*Korneuburger Vieh-, Nähr- und Heilpulver*
*für*
***Pferde, Hornvieh und Schafe.***

*Dieses berühmte, in mehreren Ländern concessionirte und von den berühmtesten Thierärzten und allen landwirthschaftlichen Vereinen beliebte Viehheilmittel hat sich besonders bewährt:*

*bei Pferden bei gutartiger und bösartiger Druse, Dämpfigkeit, Mangel an Fresslust, Kolik, Harnverhalten, fliegendem Wurm, als Schutzmittel gegen Milzbrand, und ist es ganz geeignet, das Pferd bei vollem Leib und feurig zu erhalten;*

*bei Hornvieh bei krankhaft veränderter Milchabsonderung und Milchfehlern, Euterentzündung, Kalbefieber, Verstopfung, Blutharnen, als Schutzmittel gegen Milzbrand, Lungenleiden, Blähsucht oder Windhauche. Zur Zeit des Kälberns zeigt es sich sehr nützlich, und Kälbern, die schwach sind, hilft es auf die Beine, so dass sie zusehend gedeihen;*

*bei Schafen dient es zur Hebung der Leberegeln, der Fäule, der Bandwurmseuche, der Gnubberkrankheit, Trommelsucht, hindert das Wollefressen und erhält und bewahrt vor Seuchen;*

*bei Schweinen bei Bräune, Brustentzündung, Epilepsie, Fressmangel, Gebärfieber, Gehirnentzündung, Husten, Schnuffelkrankheit. Es erweckt den Appetit und ist das beste Mittel, die Mast zu befördern.*

Pulvis Equorum Grusei.
*Gruse's Patent-Kropfpulver.*

Rp. Salis culinaris *P.* 25
[8] Sulfuris sublimati *P.* 10
Seminis Foeni Graeci *P.* 25
Baccarum Juniperi *P.* 25
Radicis Gentianae
Seminis Foeniculi $\widehat{aa}$ *P.* 3—5.
M. f. pulv. gross.

## Pulvis errhinus
contra epistaxin Griffithii.
*Schnupfpulver gegen Nasenbluten.*

Rp. Sanguinis Draconis 3,0
Aluminis crudi
Boli Armenae $\widehat{aa}$ 6,0
Ferri oxydati fusci 12,0.
M. f. pulvis subtilior.

## Pulvis errhinus mentholatus.
*Mentholschnupfpulver. Mentholin.*

Rp. Mentholi 1,0
Sacchari Lactis 10,0.
Contritis immisce
Sacchari albi 5,0
Coffeae tostae 15,0
Acidi borici 2,0.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0641-7
DFG

*Usus:* in prosopalgia, catarrho nasali, suffocativo, susurro aurium etc.

## Pulvis errhinus contra Ozaenam

Letzel.

Rp. Jodoformii 2,0
Gummi Arabici 7,0
Fructuum Foeniculi
— Anisi aa 1,5.

Misce. Fiat pulvis. Pro die semel vel bis in nares pauxillum inspiretur.

## Pulvis ad Erysipelas.

Pulvis ad Erysipelas omnium sanctorum Vratislaviensium.

*Rothlaufpulver. Rosestreupulver.*

Rp. Herbae Majoranae
[1] Florum Chamomillae
— Sambuci aa 10,0
Foliorum Malvae
Herbae Meliloti aa 20,0
Fabarum alb. 30,0
Camphorae 2,0.

M. f. pulvis grossiusculus.

Pulvis Sambuci compositus.

Rp. Florum Sambuci 20,0
[2] Boli Armenae 10,0
Cretae praep. 5,0
Farinae triticeae 50,0.

M. f. pulvis.

Rp. Florum Chamomillae
[3] — Sambuci
Cretae praep. aa 20,0
Boli rubrae 10,0.

M. f. pulvis.

*Ph. mil. Bor.* Furfuris Tritici, Flor. Sambuci aa. Pulv. grossus.

*Suppl. Ph. Bor. Schachtii.* Flor. Chamom., Flor. Samb. aa 2. Grosso modo pulveratis admisce Cerussae 2, Boli rubrae 1.

## Pulvis evacuans

s. laxans in usum infantium.

I.

Rp. Concharum praeparat. 20,0
Radicis Jalapae 15,0
Sacchari 10,0
Calomelanos 5,0.

M. f. pulvis subtilior.

Dosis ad usum infantium et liberorum natorum

| | | | |
|---|---|---|---|
| 1 annum | est 0,4 Grm. | ( 4 Decigrm.) |
| 2 annos | - 0,6 - | ( 6 — ) |
| 3 | - 1,0 - | (10 — ) |
| 4—5 | - 1,3 - | (13 — ) |
| 6—7 | - 1,6 - | (16 — ) |
| 8—12 | - 2,0 - | (20 — ) |
| 13—15 | - 2,5 - | (25 — ) |

*Nota.* In usu hujus pulveris cave cibos et potus acidos.

II.

Rp. Amygdalarum dulcium
Magnesiae subcarbonicae
Concharum praeparat.
Calomelanos
Resinae Jalapae aa 2,0
Sacchari albi 10,0.

M. f. pulvis.

Dosis ad usum infantium et liberorum natorum

| | | |
|---|---|---|
| 1 annum | est 0,3 Grm. | ( 3 Decigrm.) |
| 2 annos | - 0,45 - | (45 Centigrm.) |
| 3 - | - 0,6 - | ( 6 Decigrm.) |
| 4 - | - 0,8 - | ( 8 — ) |
| 5 - | - 1,0 - | ( 1 Gramm. ) |
| 6 - | - 1,2 - | (12 Decigrm.) |
| 7 - | - 1,4 - | (14 — ) |
| 8 - | - 1,6 - | (16 — ) |
| 9 - | - 1,8 - | (18 — ) |
| 10 - | - 2,0 - | ( 2 Gramm. ) |

*Nota.* In usu hujus pulveris cave cibos et potus acidos.

III.

Pulvis evacuans (Strassburgensis).

Pulvis laxans familiarum. Specificum jalapinum.

Rp. Resinae Jalapae 15,0
Tuberum Jalapae 50,0
Tartari depurati 17,5
Kali sulfurici 17,5.

M. f. pulvis, cujus 1,0 Gm. continet 0,15 Resin. Jalap. et 0,5 Tuber Jalap.

Dosis ad unum infantium puerorumque:

| | |
|---|---|
| 2 annos . . . | 0,50 Grm. |
| 3 - . . . | 0,75 - |
| 4—5 - . . . | 1,0 - |
| 6—7 - . . . | 1,25 - |
| 8—9 - . . . | 1,5 - |
| 10—12 - . . . | 1,75 - |
| 13—15 - . . . | 2,00 - |

Dosis ad usum adulti 2,5—3,0.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0642-3

**Pulvis exsiccans**
**Stempelii.**
*Stempel'sche Einklappe.*

Rp. Boli Armenae 15,0
Boli albi
Lapidis calamin. aa 20,0
Florum Rosae
Radicis Iridis Florentinae
Lycopodii aa 10,0.
M. f. pulvis subtilissimus.

**Pulvis febrifugus.**

Rp. Chinoidini 10,0
Corticis Chinae regiae
Tartari depurati aa 30,0
Cassiae cinnamomeae 20,0.
M. f. pulvis.
*Usus:* Quotidie ter cochlear parvum cum infuso Coffeae.

**Pulvis Foeniculi compositus.**

Pulvis Magnesiae compositus. Pulvis absorbens. Pulvis galactopoeus. Pulvis galactopoeus Rosensteinii (Rosenii). *Ammenpulver.*

Rp. Fructus Foeniculi
Corticis Aurantii aa 10,0
Magnesiae subcarbonic. 40,0
Sacchari 10,0.
M. f. pulvis. *Dos.:* Cochlear thearius ter per diem.

**Pulvis fumalis desinficiens.**

Rp. Succini
Benzoës
Olibani
Acidi salicylici
Naphthalinae
Florum Lavandulae
Fructuum Anisi aa *P.*
M. f. pulvis grossus. Ad fumigium.

**Pulvis fumalis**
**Engelii.**

Rp. Myrrhae 5,0
Olibani
Mastiches aa 30,0
Sacchari albi
Succini raspati aa 10,0
Boli Armenae 120,0.
M. f. pulvis grossus.

**Pulvis fumalis**
optimus s. regius.

Rp. Fructus Coriandri
[1] Cassiae cinnamomeae
Corticis Cascarillae
Florum Lavandulae
— Paeoniae aa *P.* 150.
Minutim concisas et contusas consperge mixtura parata ex
Olei Bergamottae
— Citri corticis
Balsami Peruviani
Styracis liquidi
Tincturae Benzoës aa *P.* 30
Olei Lavandulae
— Caryophyllorum
— Cassiae aa *P.* 3,
Tincturae Moschi
Tincturae Ambrae aa *P.* 1.
Tum admisce minutim concisas
Rhizom. Iridis Florentinae
Baccarum Juniperi
Florum Rosae
— Cyani
— Calendulae
Caryophyllorum aa *P.* 150.
Serva in lagenis vitreis obturatis, a luce remotis. Loco Rhizomatis Iridis scobes ligni Populi vel Tiliae varie tinctae adhibentur.

Pulvis fumalis nobilis Berolinensis.
*Parfume du Prince Kourakin.*

Rp. Corticis Cascarillae *P.* 350
[2] Sacchari albi *P.* 100
Tragacanthae *P.* 25.
Pulveratis admisce
Styracis liquidi *P.* 200
Aquae q. s.,
ut fiat massa densior, quae leni calore siccata, dein contusa per cribrum modi minoris trajiciatur et commisceatur cum
Benzoës *P.* 300
Caryophyllorum
Olibani aa *P.* 150
Florum Lavandulae



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0643-9
DFG

Florum Paeoniae
— Cyani
— Calendulae
— Cassiae
Cassiae cinnamomeae aa P. 200
Radicis Iridis Florent. P. 350.

Singulae species minutissime concisae sint. Mixtae irrorentur mixtura parata e

Tincturae Moschi P. 8
Balsami Peruviani
Olei Lavandulae
— Bergamottae
— Citri aa P. 6
— Caryophyllorum
— Thymi aa P. 5
— Cassiae cinnamomeae P. 1
Tincturae fumalis P. 15.

Serva in lagenis a luce remotis.

### Pulvis fumalis asthmaticorum.

Rp. Foliorum Stramonii
— Belladonnae
— Hyoscyami aa 25,0
Herbae Lobeliae 10,0
Myrrhae
Olibani aa 2,0
Opii optimi 5,0.

In pulverem grossum redactis mixtisque adde

Kali nitrici subtilissime pulv. 6,0.

Mixtione peracta, pulverem supra discum extensum consperge paulo Spiritus vini diluti (5,0—7,5). Denuo commisce et aëri tepido expone, donec miscela siccata fuerit. *Usus:* Cochlear thearium, pulvere paulum cumulatum ad fumigium singulum adhibeatur. Pulvis sensim laminae ferreae candefactae inspergitur et asthmaticus fumum per os et nasum hauriat. Actus hic efficiatur, si accessus morbi appetit.

### Pulvis Guaranae.

Pulvis nervinus e Paullinia.

Rp. Pastae Guaranae 1,0
Pulveris aromatici 0,25
Sacchari Lactis 0,5.

Misce. Dentur tales doses decem. Die uno bis terve dosis una sumatur.

### Pulvis gummosus.

Species s. Pulvis Diatragacanthae s. Haly. Pulvis Acaciae compositus.

Rp. Gummi Arabici 30,0
Radicis Liquiritiae 20,0
Sacchari 10,0.

M. f. pulvis subtilissimus. Serva in lagenis clausis. *(Ph. Germ.)*

*Ph. Austr.* Amyli triticei, Rd. Liquir. aa 5,0, Gummi Arab., Sacch. aa 10,0. *Ph. Fenn.* Rd. Alth., Gummi Arab., Sacch. aa.

### Pulvis gummosus stibiatus.

Rp. Stibii sulfurati rubri 1,0
Sacchari albi 10,0
Pulveris gummosi 30,0.

M. f. pulvis.
*Ph. Fenn.* 1,0—9,0—30,0.

### Pulvis haemostaticus (Bonafoux).

Rp. Carbonis ligni laevigati
Gummi Arabici aa 5,0
Colophonii 20,0.

M. Fiat pulvis subtilis.

### Pulvis Herbarum

*de le Roi* vel *Leroi.*

Rp. Magnesiae sulfuricae pulv.
[1] P. 30
Sacchari P. 15
Farinae Hordei praep. P. 10
Stipitum Dulcamarae P. 10
Foliorum Sennae P. 50.

M. ut fiat pulvis. (Arcanum Oehme-Müller.)

Rp. Natri bicarbonici pulv. q. v.
[2] Rubro anilinico parcissime tingatur. (Arcanum German.)

### Pulvis Hydrargyri gummosus.

Pulvis mercurialis Plenckii.

Rp. Hydrargyri P. 1
Gummi Arabici pulv. P. 3
Aquae q. s.

Contere in mortario lapideo, donec nulli amplius globuli metallici conspicui sint. Tum leni calore sicca et

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0644-5 DFG

in pulverem redige. *Ph. Neerl.* *Dos.* 0,5—1,0—2,0.

### Pulvis Jalapae cum Hydrargyro.

Pulvis Jalapae hydrargyratus. *Ph. Fenn.*

Rp. Radicis Jalapae 3,0
Calomelanos 1,0.
M. f. pulvis, qui doses tres aequat.

### Pulvis Jalapae salinus.

Pulvis Jalapae cum Kali sulfurico. Pulvis Jalapae compositus. Pulvis laxans s. purgans *Ph. milit.*

Rp. Kali sulfurici 1,0
Radicis Jalapae 2,0.
M. f. pulvis, qui doses duas aequat.

### Pulvis Jalapae tartaricus.

Pulvis Jalapae comp. *Ph. Brit., U. St.*

Rp. Radicis Jalapae 1,5
Tartari depurati 3,0.
M. f. pulvis, qui dosin unam aequat.

*Poudre d'Iroé.* Pulv. Jalap. tart. 20, Rad. Rhei, Boli Armen., Cass. Cinn. $\widehat{aa}$ 2, Sacch. 1. *Dosis* = 5 Gramm.

*Ph. U. St.* Jalapae rad. 3,5, Tartari dep. 6,5.

*Ph. Brit.* Rad. Jalap. 5,0, Tartari depurati 9,0, Rad. Zingiberis 1,0. *Dosis:* 1,2—4,0.

### Pulvis Infantium Bismarckianus.

Pulvis antifebrinus Infantium. *Bismarck'sches Kinderpulver. Beruhigungspulver.*

Rp. Conchinini tannici
Elaeosacch. Foeniculi $\widehat{aa}$ 20,0
Magnesii subcarbonici 2,0
Sacchari albi 80,0
Rad. Liquirit. pulv. 4,0.
Misce. Fiat pulvis subtilis.

Hoc medicamen est antiphlogisticum, antipyreticum, lenitivum, sedativum, spasmodicum, anticatarrhoicum, in dentitione infantis et in diphtheritide sanans. *Dosis:* Infanti anniculo et bimulo singulis horis (ter quaterve) vel bihorio mucronem cultri (0,5—0,6), infanti trimulo et quadrimulo mucrones duo cultri (1,0—1,2), infanti sexenni, septenni et octenni bihorio vel trihorio mucrones tres cultri (1,5—1,8). Si convalescentia cognoscitur, detur pulvis trihorio vel quadrihorio.

Pulvis semper cum aqua saccharata vel cum lacte dulci vaccini detur et post dosin aut potus acidus, aut cibus acidus infanti non praebeatur, ne sapor amarus commoveatur.

*Dieses Bismarck'sche Kinderpulver wird entweder in süsse Milch oder in Zuckerwasser eingerührt den Kindern eingegeben, nie im trocknen Zustande. Säuerliche oder saure Getränke oder Speisen sind vor dem Eingeben und eine halbe Stunde nach dem Eingeben zu vermeiden, weil sie das Pulver bitter schmeckend machen.*

*Dieses Pulver dient bei allen Leiden der kleinen Kinder, besonders bei Entzündungen und fieberhaften Zuständen. Sobald sich Leiden anmelden, gebe man sofort mehrere Male ein, ehe der Arzt zu Hülfe kommen kann. Bei Diphtheritis hat sich dieses Pulver besonders bewährt, und Kinder, welche der Arzt als unrettbar verloren erkannte, welchen aber dieses Pulver dann reichlich eingegeben wurde, blieben erhalten. Die Wirkung gegen Diphtheritis ist damit zu erklären, dass mit der Beseitigung des entzündlichen Zustandes der Schleimhaut dem darauf wuchernden Pilze der Nährboden entzogen wird, denn diese Pilze können nur auf entzündetem Hautgewebe vegetiren.*

*Kindern im Alter bis zu 2 Jahren gebe man 2—3stündlich eine gehäufte Messerspitze, Kindern über 2 Jahre alt gebe man 2—3stündlich 2 gehäufte Messerspitzen. Wenn die Hitze oder das Fieber nachlässt, gebe man 3—4stündlich ein. Bei Pockenkrankheit treten in Folge der Wirkung des Pulvers die Pusteln langsamer auf, aber leichter erträglich. Dem Arzte ist von dem Eingeben des Pulvers stets Mittheilung zu machen.*

### Pulvis Infantium Hensleri.

Pulvis puerorum Hensler.

Rp. Magnesiae subcarbon. 15,0
Radicis Rhei 10,0
Saponis medicati 2,5
Elaeosacchari Foeniculi 5,0.
M. f. pulvis.

*Dosis:* Mica (*Messerspitze*) ter per diem cum aqua mixt.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0645-0
DFG

**Pulvis Infantium**
Hufelandi.

Pulvis anodynus Infantium. Pulvis Puerorum citrinus. Pulv. carminativus.

Rp. Radicis Valerianae 20,0
Rhizomat. Iridis Florent. 25,0
Fructus Anisi 15,0
Croci 3.0
Magnesiae subcarbonicae 20,0.

M. f. pulvis. Crocus antea cum Spiritus Vini pauxillo conteratur. *Dosis:* Mica ter quaterve per diem.

Pulvis Puerorum

Ph. paup. Hufelandi. Pulvis pro Infantibus Hufelandi.

Rp. Magnesiae subcarbonicae 20,0
Elaeosacchari Foeniculi 10,0
Radicis Rhei 5,0
Radicis Valerianae 1,7.

M. f. pulvis. *Dos.:* ut antea notat.

**Pulvis Infantium rosatus.**

Pulvis contra diarrhoeam Infantium.

Rp. Pulveris Magnesiae cum Rheo et Florum Rosae incarnatae aa 2,5.

M. f. pulvis.

**Pulvis Infantium**
Rosensteinii.

Rp. Croci 2,5
Rhizom. Iridis Florent. 10,0
Seminis Carvi 15,0
Magnesiae subcarbonic. 20,0.

M. f. pulv.

**Pulvis inspersorius anteczematicus.**

*Salzfluss-Streupulver. Haut-Pustelpulver.*

Rp. Zinci sozojodolici 10,0
Resinae Benzoës subt. pulv. 5,0
Talci Veneti praep. 100,0.

M. f. pulvis subtilissimus.

*Usus:* contra eczemata varia (eczema rubrum, vesiculosum, papulosum). *Brauchbar auch zum Aufstreuen wunder Hautstellen, bei Wundsein der Kinder, Wundlaufen, Schweissfüssen.*

**Pulvis inspersorius antisycomaticus.**

Rp. Ferri sulfurici crystall. 10,0
Carbonis ligni 30,0.

Conterendo in pulverem subtilem redige. (Sycosis.)

**Pulvis inspersorius benzoïnatus**
(Hager).

*Heilwundstreupulver.*

Rp. Resinae Benzoës pulv. 10,0
Acidi salicylici 2,5
Spiritus Vini absoluti 30,0
Aetheris 10,0.

Mixta sepone, saepius agitando per dies duos, tum per lanam gossypinam cola. Liquorem commixtum cum
Balsami Peruviani 3,0
Olei Bergamottae 0,5
conterendo misce cum
Amyli tritici
Talci Veneti praep. aa 125,0.

Massam pulveream supra patinas planas dispansam sepone, donec spiritus et aether exhalati fuerint. *Usus:* Ad inspersionem vulnerum, intertriginis, partium attritarum etc.

**Pulvis inspersorius carbolisatus.**

*Carbol-Streupulver. Carbol-Wundstreupulver (Bruns.)*

Rp. Colophonii 12,0
Stearinae albae 3,0.
Colliquatis immisce
Acidi carbolici 5,0.
Mixtione peracta adde
Calcariae carbonicae praec. 30,0.
Massae refrigeratae conterendo misce cum
Calcariae carbonicae praec. 120,0,
ut pulvis aequabilis colligatur. *Usus* ad inspersionem in vulnera, in ligamenta.

**Pulvis inspersorius diachylos.**

*Diachel-Wundstreupulver.*

Rp. Empl. Plumbi simpl. 10,0
Cerae flavae 4,0.
In frustula diffracta in cucurbitam immitte, tum affunde
Aetheris 40,0.
Sepone et saepius agita, donec so-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0646-6 DFG

lutio effecta fuerit. Liquorem turbidum misce cum

Amyli triticei 90,0
Talci Veneti praep. 100,0
Acidi borici triti 6,0.

Mixtione peracta, post horam dimidiam immisce

Olei Gaultheriae (*Wintergreenöl*)
Olei Bergamottae aa 0,2

soluta in

Aetheris 3,0.

Deinde sepone (vase aperto), donec Aether perfecte exhalatus fuerit. Serva loco frigido in vase vitreo dense clauso. *Usus:* Intertrigenes, decubitus, partes attritae, herpes humidus inspergendi sunt. Partes inspersae aqua saponata depurentur.

## Pulvis inspersorius haemostaticus.

Pulvis haemostypticus. *Blutstopfpulver.*

Rp. Ferri sulfurici siccati
Aluminis usti
Catechu
Kino aa 10,0
Gummi Arabici 20,0.

Misce. Fiat pulvis paulum subtilis.

## Pulvis inspersorius infantium.

Pulvis exsiccans. *Weisses Einstreupulver. Weisse Einklappe.*

Rp. Amyli Tritici 50,0
[1] Zinci oxydati venalis 10,0
Talci Veneti praep. 30,0
Rhizomatis Iridis Florent. 15,0.

M. f. pulvis, qui detur ad scatulam.

Rp. Zinci oxydati venalis 50,0
[2] Amyli Solani tuberosi siccati 100,0
Talci Veneti praep. 150,0.

Misce.

## Pulvis inspersorius lanolinatus.

*Lanolinstreupulver.*

Rp. Lanolinae anhydrae 10,0.
Solve in
Aetheris 40,0.

Liquorem misce cum

Amyli triticei 90,0
Talci Veneti praep. 100,0
Mixturae oleosobalsamicae 5,0
Olei Gaultheriae 0,2.

Fac eo modo quo in paratione pulveris inspersorii Diachyli notatum est. *Usus* ei hujus pulveris adaequat.

## Pulvis inspersorius ad pedes.

*Fussschweisspulver.*

Rp. Acidi salicylici 2,5
— tannici 3,0
Aluminis exsiccati 5,0
Amyli triticei 50,0.

In pulverem subtilissimum redacta consperge solutione

Olei Bergamottae 1,0
Spiritus V. absoluti 5,0.

Tum admisce

Talci Veneti praep. 150,0.

*Zum Einstreuen (bei schweissigen Füssen mit Buttersäuregeruch).*

## Pulvis inspersorius salicylatus.

Pulvis salicylicus cum Talco *Ph. Germ. Salicylstreupulver.*

Rp. Acidi salicylici 3,0
Amyli tritici 10,0
Talci Veneti 87,0.

Misce. S. *Streupulver bei schweissigen und leicht wund werdenden Füssen.*

## Pulvis Ipecacuanhae opiatus.

Pulv. Ipecacuanhae compositus. Pulv. Opii comp. Pulvis Doweri. Pulv. alexiterius s. diapnoïcus. *Dower'sches Pulver.*

Rp. Kali sulfurici 16,0
Radicis Ipecacuanhae
Opii pulverati aa 2,0.

Misce exacte. Fiat pulvis, quem in vase obturato caute serva. Partes denae (10) continent partem unam (1) Opii. *Ph. Suecica, Brit.*

*Dos.:* 0,1—0,5—1,0 pluries per diem. *Dos. maxima*: 1,5, pro die 5,0!!

*Ph. Germ., Ph. U. St., Ph. Fenn.* Op. et Ipecac. aa 10,0, Sacch. lactis 80,0. Caute servetur.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0647-2
DFG

*Ph. Gall.* Op. et Ipecac. aa 10,0, Kal. nitr. et Kal. sulf. aa 40,0.
*Ph. Austr.* Op. et Ipecac. aa 10,0, Sacch. albi 80,0.

**Pulvis Jodoformii dilutus.**

*Diluted Powder of Jodoform and Naphthalin.*

Rp. Jodoformii 10,0
Acidi borici 15,0
Naphthalinae 25,0
Olei Bergamottae 1,5.

Misce. Fiat pulvis sine odore jodoformico.

**Pulvis Jodoformii naphthalinati.**

Pulvis Jodoformii et Naphthalinae.

Rp. Jodoformii
Naphthalinae aa 50,0
Olei Bergamottae 1,5.

Conterendo in pulverem redige.

**Pulvis Kino compositus.**

Pulvis Kino cum Opio.

Rp. Kino 15,0
Cassiae cinnamomeae 4,0
Opii 1,0.

M. f. pulvis. *Dos.:* 0,5—1,0. *Ph. Brit.*

**Pulvis lacteus**

Scharlavii.

*Scharlau'sches Milchpulver.*

Rp. Salis culinaris *P.* 2
Ferri sulfurici cryst. *P.* 1
Calcariae lacticae *P.* 5
Natri bicarbonici *P.* 8
Natri phosphorici cryst. officinalis *P.* 25
Sacchari Lactis *P.* 550.

M. f. pulvis. In aqua solutus lactentibus datur. Bis terve p. d. mica.

**Pulvis lavatorius cosmeticus.**

Pulvis manualis Welperi.

Rp. Farinae triticeae 25,0
Natri carbonici sicci 5,0
Rhizom. Irid. Florent. 15,0
Saponis sebacini sicci 50,0.

M. f. pulvis subtilior, cui admisceas
Mixturae odoriferae moschatae 2,0
Balsami Vitae Hoffm. 0,5
Tincturae Ambrae 0,25
Spiritus camphorati 0,12.

**Pulvis lavatorius**

ad lintea lavanda.

*(English Patent-Crystall.)*

Rp. Boracis 20,0
Natri subsulfurosi 50,0.
Natri carbonici siccati (Sodae calcinatae) 180,0.

M. f. pulvis. In usu pulveris vasa metallica cavenda sunt.

**Pulvis laxans.**

*(Ad us. mercator.)*

Rp. [1] Radicis Jalapae 1,5
Concharum praep. 0,5
Calomelanos 0,1.

M. f. pulvis. Dosis ad usum adulti aequat 2,0 Grammata.

Rp. [2] Radicis Jalapae
Kali sulfurici aa 2,0.

M. f. pulvis. Dosis ad usum adulti aequat 4,0 Grammata.

**Pulvis laxans**

vegetabilis.

*Poudre d'Ailhaud. Poudre du baron du Castelet.*

Rp. Radicis Jalapae 8,0
Resinae Guajaci 2,0
Scammonii
Aloës aa 0,5
Gutti 0,3
Foliorum Sennae 40,0.

M. f. pulvis.

**Pulvis lenitivus.**

*Eröffnendes Pulver.*

Rp. Tartari depurati
Foliorum Sennae aa 15,0
Cassiae cinnamomeae
Fructus Foeniculi
— Anisi aa 5,0.

M. f. pulvis.

**Pulvis Liquiritiae coctae.**

Pulvis Liquiritiae crocatus.

Rp. Rad. Liquiritiae 50,0

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0648-8 DFG

Rad. Iridis Florentinae
Amyli aa 25,0
Croci 2,5
Tragacanthae 10,0
Sacchari albi 300,0.
M. f. pulvis subtilis. Crocus antea addito pauxillo Spiritus Vini teratur.

**Pulvis Liquiritiae compositus.**

Pulvis Glycyrrhizae compositus. Pulv. pectoralis (Kurellae). *Brustpulver.*

Rp. Radicis Liquiritiae echinatae vel mundatae
Foliorum Sennae aa 200,0
Fructus Foeniculi
Sulfuris depurati aa 100,0
Sacchari albi 600,0.
M. f. pulvis, quem per cribrum setaceum trajice. *Dosis:* 0,5—4,0. (*Ph. Germ., Austr., Brit.*)

**Pulvis Magnesiae foetidus.**

Rp. Magnesiae subcarbonicae 10,0
Asae foetidae pulv.
Radicis Rhei aa 7,5
— Colombo 2,5.
M. f. pulv. *Ph. Fenn.*

**Pulvis Magnesiae cum Rheo.**

Pulvis Rhei cum Magnesia. Pulvis Magnesiae compositus. Pulvis Rhei compositus. Pulvis Puerorum (Ribkii). Pulvis Infantium. *Kinderpulver.*

Rp. Magnesiae subcarbonicae 60,0
Sacchari albi 40,0
Radicis Rhei 15,0
Olei Foeniculi *Gutt.* 25.
M. f. pulvis. (*Ph. Germ.*)
*Ph. Fenn.* Magnes. subcarb., Sacch., Rd. Rhei ana 100,0, Ol. Foeniculi 1,0.
*Usus:* 0,3—0,5 (obstructio et diarrhoea infantum).

**Pulvis Massiliensis.**

*Poudre de Marseille. Poudre de Provence.*

Rp. Catechu
Ferri pulverati
Sacchari albi aa 10,0.
M. f. pulvis. Divide in triginta (30) partes aequales. Contra affectiones stomachi chronicas. Pro die bis terve pars una sumatur.

**Pulvis Morphini compositus.**

*Tully's Pulver.*

Rp. Morphini sulfurici 1,0
Camphorae
Calcii carbonici
Rad. Liquirit. ana 20,0.
Misce. Fiat pulvis subtilis.
*Ph. U. St. Dosis:* 0,61 (vesperi sumatur).

**Pulvis Mulierum.**

*Frauenpulver. Weiberpulver.*

Rp. Caryophyllorum aromat.
[1] Nucum moschatarum
Cassiae cinnamomeae
Cardamomi minoris aa 10,0
Radicis Galangae
— Zingiberis aa 40,0.
M. f. pulvis grossus. Contra colicas.

Rp. Cassiae cinnamom. 10,0
[2] Radicis Galangae
— Zingiberis aa 20,0
Baccarum Lauri
Seminis Carvi aa 12,0.
M. f. pulvis grossus.

**Pulvis mundificans (Himlyi).**

Mixtura pulverum ad electuarium mundificans Himlyi. Pag. 220.

**Pulvis mundificans (Werlhofii).**

Mixtura pulverum ad electuarium mundificans. Pag. 220.

**Pulvis Myricae compositus.**

*Compound Powder of Bayberry. Composition Powder.*

Rp. Corticis radicis Myricae ceriferae (*Waxmyrtle*) 10,0
Rhiz. Zingiberis 5,0
Fructus Capsici
Caryophyllorum aa 0,85.
M. Fiat pulvis subtilis. (*Nat. Form.*)

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0649-6
DFG

**Pulvis Nitri oxalicus.**
Pulv. refrigerans Rosensteinii.

Rp. Oxalii 1,0
Kali nitrici 3,0
Sacchari albi 10,0.
M. f. pulvis.

**Pulvis Nitri tartaricus.**
Pulvis refrigerans albus.
*Kühlendes Pulver.*

Rp. Tartari depurati
Kali nitrici āā 10,0
Sacchari albi 30,0.
M. f. pulvis. *Ph. Fenn.*

**Pulvis Nitri thebaicus.**
Pulv. thebaicus s. sedativus.

Rp. Opii 1,0
Kali nitrici 10,0
Sacchari albi 50,0.
M. f. pulvis. *Dosis:* 1,0—1,5 Grm. vespere.

**Pulvis Nucum moschatarum compositus.**
Pulvis antihectico-scrophulosus s. antiscrophulosus Goelisii. Pulvis Infantium Goelisii.

Rp. Baccarum Lauri pulv. inter agitationem igne moderato paululum tostarum
Nucum moschatarum
Cornu Cervi usti āā 10,0
Radicis Liquiritiae 30,0.
M. f. pulvis subtilis. *Dos.:* Cochlear thearium repletum bis terve per diem.

**Pulvis nutriens**
Jamesii.
*James' Stomachin.*

Rp. Ferri sulfurici cryst. 8,0
Sacchari 50,0
Amyli e tuberib. Solani 20,0
Pastae Cacao c. Vanilla 15,0
Cassiae cinnam. 3,0.
M. f. pulvis paulum grossiusculus.

**Pulvis odoriferus**
collocandus inter lintea et vestes.
*Wohlriechendes Pulver zwischen die Wäsche zu legen. Kommodenpulver.*

Rp. Rhizomatis Iridis Florent.
Talci Veneti āā 100,0
Moschi 0,2
Ambrae griseae
Camphorae āā 1,0
Florum Lavandulae
Caryophyllorum āā 50,0
Herbae Menthae pip. 25,0.
Grossiusculo modo pulverata commisceantur cum
Olei Cassiae cinnam.
— Caryophyllorum
— Bergamottae
— Citri
— Melissae Indici āā 5,0.

**Pulvis Opii compositus**
*Ph. Brit.*

Rp. Opii pulv. 3,0
Piperis nigri 4,0
Rhiz. Zingiberis 10,0
Fructus Carvi 12,0
Tragacanthae 1,0.
Misce. Fiat pulvis subtilis. Servetur in vitro clauso. *Dosis:* 0,1—0,2—0,3. *Ph. Brit.*

**Pulvis pancreaticus compositus.**
*Peptonizing Powder.*

Rp. Pancreatinae 1,0
Natrii bicarbonici 4,0.
Conterendo misce. Hujus pulveris 1,5 g addenda ad aquae tepidae 100,0 g et lactis vaccini 600,0 g.

**Pulvis ad partum.**
*Gebärpulver. Accouchementpulver.*

Rp. Secalis cornuti subt. pulv. 0,5
Cort. Cinnamomi pulv.
Sacchari albi āā 1,0.
M. f. pulv. (Dentur in charta cerata tales doses quinque). S. Quadrante horae pulvis unus sumatur.

**Pulvis Patersonii.**

Rp. Bismuthi subnitrici praec.
Magnesiae ustae āā 10,0
Sacchari 80,0.
M. f. pulvis. Centena (100) Grammata pulveris, addita mucilagine Tragacanthae, redacta ad pastillos Nr. 100 praebent *pastilles de Paterson.*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0650-7 DFG

**Pulvis Pauliniae.**

Rp. Pastae Guaranae *P.* 1
Elaeosacch. Cinnam. *P.* 4.
M. f. pulvis.

**Pulvis pectoralis antispasticus.**

Rp. Radicis Ipecacuanhae
Opii aa 0,5
Amyli 20,0
Sacchari albi 30,0
M. f. pulvis. *Dosis:* 1,0—2,0.

**Pulvis pectoralis** Trossii.

Rp. Saccharolati Lichenis Islandici 40,0
Gummi Arabici 10,0.
Misce.

**Pulvis pectoralis.** Wedelii.

Rp. Radicis Liquiritiae 10,0
Rhizomatis Irid. Florent. 2,5
Sulfuris depur. 5,0
Acidi benzoïci 1,0
Sacchari pulv. 20,0
Olei Foeniculi
Olei Anisi aa *Gutt.* 4.
M. f. pulvis. S. Cochlearia thearia 3—4 p. die (pertussis, catarrhus chronicus).

**Pulvis contra Pediculos.**
Pulvis Capucinorum.

Rp. Seminis Sabadillae,
— Staphidis agriae
— Anisi vulgaris
— Petroselini
Radicis Gentianae aa *P.* 25
Aloës *P.* 5
Hydrargyri oxydati rubri praep. *P.* 2.
M. f. pulvis subtilior. Caute!

**Pulvis Pepsinae compositus.**
Pulvis digestivus. *Digestivpulver. Verdauungspulver.*

Rp. Pepsinae concentratae 25,0
Pancreatinae 50,0
Acidi lactici
Acidi hydrochlorici aa 5,0
Sacchari lactis 1000,0
Sacchari albi exsiccati 425,0.
M. l. a., ut fiat pulvis. Acida cum Sacchari lactis 600,0 primum commiscenda sunt, tum ceterae substantiae addantur.

**Pulvis contra Perniones (Baudotii).**
*Son d'amandes antiPernionculeux.*

Rp. Boracis subt. pulv. 5,0
Aluminis subt. pulv. 2,5
Benzoës 2,0
Seminis Sinapis nigrae 12,5
Radicis Iridis Florentinae
Farinae secalinae aa 10,0
Farinae Amygdalar. 30,0.
M. f. pulvis, cui admisceas
Olei Bergamottae
Olei Citri aa q. s.
ad efficiendum odorem gratum.
*Usus.* Pugillus pulveris in volam immissus conteratur cum paulo aquae, ut fiat puls, qua perniones fricantur.

**Pulvis Principis Friderici.**
*Prinz-Friedrichspulver.*

Rp. Cretae laevigatae
Sacchari albi aa 25,0
Magnesiae subcarbonic. 5,0
Tinct. Capitum Papaveris 2,5.
Misce exacte.
*Nota.* Tinctura Capitum Papaveris paretur digerendo e Capitis Papaveris *P.* 1 et Spiritus V. rectfss. *P.* 4.

**Pulvis Puerorum** Strassburgensis.

Rp. Magnesii subcarbonici
Calcii phosphorici
Sacchari lactis
Elaeosacchari Anisi aa *P.*
M. f. pulv. subtilior.
*Dosis:* Mica pluries per diem. Cum lacte vel aqua mixta infanti detur.

**Pulvis Puerorum** Vateri.

Rp. Tuberum Jalapae

Rhizomatis Iridis Florent.
Magnesiae subcarbonicae
Fructus Foeniculi aa 10,0
Kali sulfurici 5,0
Sacchari albi 30,0
Olei Anisi *Gutt.* 10.
M. f. pulvis.

**Pulvis purgans e Magnesia citrica**
(Maurii).

Rp. Magnesiae ustae 5,0
[1] Acidi citrici cryst. pulv. 30,0.
M. f. pulvis.

Pulvis purgans Rogei.

Rp. Magnesiae ustae 5,0
[2] Magnesiae subcarbon. 2,5
Acidi citrici 16,5
Sacchari albi 35,0
Olei Citri *Gutt.* 5.
M. Cochlear pulveris cum aquae Gramm. 500,0 fiat potus.

**Pulvis pyrius.**
*(Medicamentum ad usum mercatorium.)*
*Schiesspulver.*

Rp. Kali nitrici 9,0
Carbonis vegetabilis 1,0.
M. f. pulvis. (Ad usum internum.)

**Pulvis Quarini.**
*Fiakerpulver.*

Rp. Stibii sulfurati rubei 1,0
Sulfuris depurati 15,0
Tragacanthae
Gummi Arabici aa 7,5
Succi Liquiritiae
Sacchari aa 30,0.
M. f. pulvis. (Anticatarrhale.)

**Pulvis refrigerans.**
Pulvis ad limonadum. Pulv. ad potum citratum. Pulv. Acidi tartarici saccharatus. Pulvis Sacchari acidulus.
*Limonadenpulver.*

Rp. Acidi citrici 10,0
[1] Olei Citri *Gutt.* 1
Sacchari albi 120,0.
M. f. pulvis. *(Ph. Germanica.)*

Rp. Acidi citrici 10,0
[2] Sacchari albi 120,0
Tinct. Flaved. Citri 3,0.
M. f. pulvis grossiusculus.

*Orangeade sèche.*

Rp. Acidi citrici *P.* 10
[3] Sacchari albi *P.* 150
Elaeosacchari Naphae *P.* 2.
M. f. pulvis.

**Pulvis refrigerans albus.**
*Kühlendes Pulver.*

Rp. Tartari depurati 30,0
Kali nitrici
Elaeosacchari Citri aa 5,0.
M. f. pulvis. S. Pluries per diem quantum culter extremus capit cum aqua saccharata (medicamen temperans).

**Pulvis refrigerans**
Citratis magnesici.
Pulvis cum Magnesio citrico et Saccharo ad limonadam.

Rp. Magnesiae ustae 6,5
Magnes. carbonicae purae 6,0
Acidi citrici 30,0
Sacchari 60,0
Alcoolaturae Citri 1,0.
Misce. Fiat pulvis. Detur ad vitrum. *Ph. Gall.*

**Pulvis resolvens.**
*Resolvenzpulver. Gliederpulver. Pulver gegen schwere Glieder.*

Rp. Ammonii muriatici
Radicis Rhei aa 10,0
Radicis Liquiritiae 5,0
Radicis Ipecacuanhae 0,1.
M. f. pulvis. Mane et vesperi dentur adulto 1,5 Gramm.

**Pulvis Rhei compositus.**
Pulvis Rhei salinus.

Rp. Radicis Rhei 5,0
Kali sulfurici 15,0.
M. f. pulvis. *Ph. mil. Bor.*
*Ph. Brit.* Rad. Rhei 4,0, Magnes. subcarbonic. 12,0, Rad. Zingiberis 2,0.
*Ph. U. St.* Rad. Rhei 25,0, Magnes. subcarbon. 65,0, Rd. Zingiberis 10,0.
*Ph. Fenn.* Rad. Rhei pulv. et Magnes. sulfuric. siccat. ana partes.
*Dosis:* 0,5—1,0 bis terve p. d.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0652-9 DFG

## Pulvis Rhei cum Magnesia.

Pulv. Rhei compositus *Ph. Brit.*

Rp. Magnesiae subcarbonic.
Fructus Foeniculi
Sacchari albi $\widehat{aa}$ 5,0
Radicis Rhei 10,0.

M. f. pulvis. Ne confundatur cum Pulvere Magnesiae cum Rheo.

## Pulvis saponatus ad barbam.

Pulvis ad barbam. *Rasierpulver.*

Rp. Saponis pulv. 50,0
Radicis Iridis Florentinae
Amyli $\widehat{aa}$ 4,0
Natri carbonici dep. 1,5
Olei Bergamottae
Olei Citri $\widehat{aa}$ *Gutt.* 6
Balsami Peruviani
Tincturae Moschi $\widehat{aa}$ *Gutt.* 3.

M. f. pulvis.

## Pulvis saponinus purificans.

Compensans *Link's Fettlaugenmehl, Hudson's Seifenextract, Wagner's Seifenpulver, Ney's Seifenpulver etc.*

Rp. Natri caustici (70%) 50,0
Aquae fluviaticae 100,0.

In ahenum ingestis et calefactis inter agitationem adde

Acidi oleïnici 120,0.

Agita, donec saponificatio effecta fuerit. Tum admisce

Liquoris Natri silicici crudi 300,0.

Inter agitationem evapora, donec massa calida pulposa appareat, tum admisce

Natri carbonici dilapsi et siccati 1000,0.

Massam divisam loco calido exsicca, tum in pulverem redige.

## Pulvis Scammonii compositus.

Rp. Scammonii 4,0
Radicis Jalapae 3,0
Radicis Zingiberis 1,0.

M. f. pulvis. *Ph. Brit. Dosis purgativa* = 1,0 Gramm.

## Pulvis Scillae boraxatus.

Rp. Bulbi Scillae 0,5
Boracis 5,0
Sacchari 9,5
Tartari depurati 35,0.

M. f. pulvis. *Ph. Fenn.*

## Pulvis Scillae compositus.

Rp. Radicis Scillae 2,5
Pulveris aromatici 5,0
Kali nitrici 7,5
Tartari depurati 10,0.

M. f. pulvis.

## Pulvis Sennae compositus.

Pulvis anticolicus.

Rp. Scammonii 2,5
Foliorum Sennae 5,0
Tartari depurati 10,0.

M. f. pulvis.

## Pulvis contra simulationes Heimii.

*Simulantenpulver.*

Rp. Ligni Quassiae 20,0
Lycopodii 10,0
Aloës 5,0
Olei Succini *Gutt.* 6.

M. f. pulvis. Quaque decima parte horae mica *(Messerspitze)* detur.

## Pulvis sternutatorius albus.

Pulvis errhinus albus. *Hauptpulver.*

Rp. Seminis Oryzae sativae 50,0
[1] Radicis Asari 10,0.
Radicis Hellebori albi 7,5
Radicis Irid. Florent. 15,0
Olei Bergamottae *Gutt.* 10.

M. f. pulvis.

Pulveres hujus generis saepius in scatulis ligneis circiter 4,0 Grammata continentibus dispensantur, quae signatae sunt:

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0653-4

*Dieses gerechte Haupt-, Hirn- und Flusspulver dienet zur Abführung der Feuchtigkeit und Stärkung des Hauptes, des Tags etlichemal in die Nase gezogen, wird bereitet von Carl Gotthold Brückner von Bockau bei Schneeberg in Sachsen.*

Rp. Fabarum alb. 50,0
[2] Radicis Iridis Florent. 30,0
Radicis Asari
Radicis Hellebori alb. $\widehat{aa}$ 10,0
Mixturae oleoso-balsamicae *Gutt.* 25.

M. f. pulvis. Signatur ut supra.

**Pulvis sternutatorius**
s. errhinus Hufelandi.

Rp. Florum Lavandulae
Herbae Majoranae $\widehat{aa}$ 10,0
Florum Convallariae majalis
Saponis medicati $\widehat{aa}$ 3,5
Sacchari albi 7,0
Olei Caryophyllorum *Gutt.* 10.

M. f. pulvis subtilissimus.

**Pulvis sternutatorius ophthalmicus**
Hufelandi.
*Hufelandischer Augentabak.*

Rp. Florum Lavandulae
[1] Caryophyllorum
Cassiae cinnamomeae $\widehat{aa}$ 5,0
Foliorum Salviae
Foliorum Rorismarini $\widehat{aa}$ 2,5
Corticis Cascarillae 15,0
Macidis 0,66
Herbae Origani 1,3.

Grossiuscule pulveratis admisce
Olei Bergamottae
Olei Citri cort. $\widehat{aa}$ *Gutt.* 15
Olei Rutae *Gutt.* 2
Olei Succini *Gutt.* partem 1/40
Tincturae e Styrace 2,5.

Pulvis sternutatorius ophthalmicus communis.
*Augentabak.*

Rp. Pulv. sternutatorii e Tabaco
[2] Cubebarum pulv. $\widehat{aa}$ *P.*

Misce.

**Pulvis sternutatorius viridis.**
*Poudre de Saint-Ange.*

Rp. Herbae Majoranae 15,0
[1] Radicis Iridis Florent. 2,5
— Asari 5,0
— Hellebori albi 1,5
Olei Bergamottae *Gutt.* 4.

M. f. pulvis. Signa ut supra Pulverem sternutatorium album.

Rp. Herbae Majoranae 15,0
[2] Herbae Mari veri
Florum Convallar. majalis
Radicis Iridis Florent. $\widehat{aa}$ 5,0.

M. f. pulvis.

Pulvis sternutatorius *Ph. Gall.*
Pulvis ad sternutamentum.

Rp. Fol. Betonicae
[3] — Majoranae
Radicis Asari
Flor. Convallariae majal. $\widehat{aa}$ *P.*

Misce. Fiat pulvis vix grossiusculus. *Ph. Gall.*

**Pulvis stomachicus**
Ph. paup.

Rp. Rhizomatis Calami
Radicis Gentianae
Tuberis Ari $\widehat{aa}$ 30,0
Rhiz. Zingiberis
Corticis Aurantii
Kali tartarici $\widehat{aa}$ 15,0
Olei Carvi 2,0.

M. f. pulvis subtilis. D. S. Cochlear thearium bis terve per diem.

**Pulvis stomachicus**
Tueltii.
*Dr. Tült's Magenpulver gegen Verschleimung, Drüsenleiden und deren Folgen.*

Rp. Ammonii chlorati 5,0
[1] Aluminis usti 1,0
Ferri oxydati fusci 3,0
Ferri sulfurici 3,0
Spongiarum tostarum 3,0
Carbonis Ossium 8,0.

Misce exacte, tum adde
Radicis Helenii 5,0

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0654-0
DFG

Radicis Rhei tostae 5,0
Stipitum Dulcamarae 10,0
Foliorum Sennae 15,0
Radicis Imperatoriae 5,0
Cassiae cinnamomeae 5,0
Rhizomatis Galangae 30,0,
ut fiat pulvis parum subtilis. S.: *Kindern eine Messerspitze, Erwachsenen einen kleinen Theelöffel voll.* (Pueri micam, adulti cochlear parvum sumant.)

Pulvis stomachicus Barella.
*Barella's Universal-Magenpulver.*

Rp. Natri bicarbonici 32,5
Natri sulfurici dilapsi
Tartari depurati
Sacchari lactis aa 2,5.
Misce. Sit pulvis albus.

### Pulvis strumalis.

Pulvis contra strumam. Pulvis Spongiarum comp. *Poudre de Sency.*

Rp. Kalii jodati 5,0
Spongiarum tostarum 50,0
Magnesiae subcarbonicae 10,0
Pulveris aromatici 2,0.
M. f. pulv. *Signa:* Quotidie quater, quantum cuspide cultri demitur.

### Pulvis stypticus.

Pulv. haemostaticus.

Rp. Gummi Arabici
Colophonii
Aluminis aa 10,0.
M. f. pulvis (Externum).

### Pulvis stypticus

Maetzii vel Colbatchii.

Rp. Liquoris Ferri sesquichlorati 30,0
Plumbi acetici exsiccati et triti 10,0.
Mixta evaporentur ad siccum.

### Pulvis stypticus Massilieni.

Cataplasma stypticum Massilieni.
*Massilien's Wundheilmittel.*

Rp. Aluminis crudi 100,0
Ferri sulfurici cryst. 50,0
Cupri sulfurici cryst. 30,0
Aeruginis 3,5.

Pulverata et mixta in vase porcellaneo liquefiant. Refrigeratis et pulveratis exacte admisce
Radicis Belladonnae 20,0
Ligni Santali rubri 7,0
Ammonii muriatici 3,5.
Fiat pulvis subtilior.
Hujus pulveris *P.* 1
commixta cum
Aquae *P.* 30
praebet Cataplasma stypticum.

### Pulvis sublimatatus obstetricium

Franco-Gallicus.

Pulvis ad lavacrum desinfectorium obstetricium. *Sublimatpulver für Hebammen (accoucheuses). Desinfectionspulver für Hebammen.*

Rp. Hydrarg. bichlorati corros. 0,25
Acidi tartarici 1,0
Solutionis Carmini Indigo spirit. (5 : 100) *Gutt. unam.*
M. f. pulv. In aquae litra una solutus adhibeatur. Hunc pulverem in manus obstetricis dare pharmacopolae licitum est, sub signatura rubra. Pari modo Vaselinam sublimatatam.

Vaselina sublimatata obstetricium Franco-Gallica.
*Sublimatvaseline.*

Rp. Hydrarg. bichlorati corr. 1,0
Vaselinae 100,0.
Misce l. a.

### Pulvis Sulfuris compositus.

Flores Sulfuris compositi.

Rp. Sulfuris sublimati 50,0
[1] Aloës
Myrrhae aa 25,0
Croci 1,0.
M. f. pulvis.

Formula Clinici Berolinensis.

Rp. Sulfuris praecipit. 15,0
[2] Tartari depurati 30,0
Magnesiae subcarbonic. 7,5
Sacchari albi 15,0
Olei Foeniculi 0,5.
M. f. pulvis. (Anthaemorrhoidale).

**Pulvis Talci salicylicus.**

Pulvis salicylicus cum Talco.
*Wund-Streupulver. Touristenpulver.*

Rp. Acidi salicylici 3,0
[1] Amyli triticei 10,0
Talci Veneti praeparati 87,0.
Misce. Fiat pulvis subtilissimus. (*Ph. Germ.*)

Rp. Acidi salicylici 3,0
[2] Acidi borici 10,0
Talci Veneti 187,0.
Misce. Fiat pulvis subtilissimus.

**Pulvis temperans.**

Pulvis antispasmodicus albus.
*Niederschlagpulver. Niederschlagendes Pulver (für Erwachsene).*

Rp. Kali sulfurici
Kali nitrici aa *P.*
M. f. pulvis.

**Pulvis temperans camphoratus.**

Rp. Pulveris refrigerantis 20,0
Camphorae 1,0.
M. f. pulvis.

**Pulvis temperans leniens.**

Pulvis refrigerans leniens.
*Niederschlagendes Pulver (für Kinder). Weisses Krampfpulver.*

Rp. Kali nitrici 10,0
Tartari depurati 30,0
Sacchari 60,0.
Pulverata misce. *Dos.:* 0,5—1,0.

**Pulvis temperans ruber.**

Pulvis salinus comp. Pulv. antispasmodicus Stahlii. Pulv. antispasmodicus *Ph. Neerl.* Pulv. temperans *Ph. Helv.* Pulvis antispasmodicus Halensis.

Rp. Pulveris temperantis 92,0
Cinnabaris laevigatae 8,0.
Misce. *Dos.* mica 1—2 vel 0,5—1,0 ter quaterve per diem.

**Pulvis tinctorius** (viridis).

Rp. Indigo *P.* 1
Rhizomatis Curcumae *P.* 10.
M. f. pulvis subtilissimus.

**Pulvis Tragacanthae compositus.**

Rp. Tragacanthae
Gummi Arabici
Amyli aa 1,5
Sacchari 4,5.
M. f. pulvis. *Dos.:* 1,2—4,0. *Ph. Brit.*

**Pulvis contra Tussim convulsivam.**

Rp. Radicis Rhei 0,3
Pulv. Ipecacuanh. opiati 0,5.
M. f. pulv. Dentur tales doses decem (10). S. Mane et vespere pulverem dimidium sumas.

**Pulvis Vaccarum.**

Pulvis lac provocans ad usum vaccarum. *Kuhpulver. Milchpulver.*

Rp. Kali nitrici
Aluminis crudi
Sulfuris sublimati
Cretae praep. aa *P.* 1
Boli albae *P.* 2
Fructus Anisi *P.* 10
— Foeniculi
Herbae Trifolii aa *P.* 5
Salis culinaris *P.* 10.
M. f. pulvis. Dispensatur cum signatura hac:

*Echt holländisches Milch- und Nutzenpulver.*

*Gebrauchsanweisung.*

*Dieses seit langen Jahren in Holland in den grössten Milch- und Mastwirthschaften mit dem grössten Erfolge angewandte und von den gescheitesten Thierärzten sehr empfohlene Milch- und Nutzenpulver wendet man vorzüglich bei allen Lungenkrankheiten, anhaltender Magerkeit und Unlust zum Fressen bei allem Rindvieh an, besonders auch bei Kühen, wenn die Milch ungewöhnlich abnimmt, blau, sehr hell oder gar blutig wird, und giebt man von demselben früh Morgens auf dem ersten Futter 1—2 Handvoll, den Kühen auch mehrere Tage vor und nach dem Kalben, wobei man täglich eine Handvoll Viehsalz oder auch gewöhnliches Küchensalz in dem Saufwasser löst.*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0656-2 DFG

**Pulvis vermifugans** aromaticus.
*Pulver gegen Würmer und Magenkrampf.*

Rp. Santonini 2,5
Zinci oxydati
Aloës aa 5,0
Trageae aromaticae saccharatae 150,0.

Misce, f. pulvis.
*Nota:* Dosis ad usum adultorum est: 5,0 Gramm. vel 50 Decigrammata; dosis ad usum puerorum 10—15 annos natorum est: 3,0 Gramm. vel 30 Decigramm., quae mane aqua commixta sumantur.

**Pulvis Visci compositus.**
Pulvis antepilepticus (epilepticus) Marchionis.

Rp. Visci querni
Magnesiae subcarbonicae
Radicis Paeoniae
Concharum praep. aa *P.*
Auri foliati concisi q. s.

M. f. pulvis. *Dos.:* Cochlear thearium ter pro die.

**Pulvis Visci compositus ruber.**
Pulvis epilepticus ruber. Pulvis cephalicus Cumerdingii.

Rp. Coccionellae pulverat.
Kali carbon. dep. aa 2,5
Aquae destill. 4,0.

Ad pultem tenerrimam terendo redactis admisce
Tartari depurati 15,0
Aluminis pulv. 1,3
Aquae destill. 15,0.

Quo facto admisce
Radicis Iridis Florent. pulv.
Visci albi pulv. aa 30,0.

Mixtura loco calido seponatur, ut exsiccetur, tum ad pulverem contritae admisce
Magnesiae subcarbonic. 30,0
Auri foliati concisi q. s.

*Nota:* Foliorum Auri unum immittatur in 20,0 Grammata pulveris. *Dosis*: 0,6—1,0 bis pro die.

**Pulvis Vitae Imperatoris.**
*Kaiserpulver.*

Rp. Tartari depurati
Radicis Liquiritiae
— Rhei
Cassiae cinnamomeae
Foliorum Sennae
Concharum praeparat.
Fructus Anisi
Sacchari aa 10,0
Foliorum Trifolii 5,0.

M. f. pulvis.

**Pulvis vomitivus.**
Pulvis emeticus fortior.

Rp. Rad. Ipecacuanhae pulv. 1,0
Tartari stibiati 0,2
Sacchari lactis 0,5.

Misce. Dosis una cum aqua commixta devoretur.

**Purgativum aërophorum** (carbonicum) Bouchardati.

Rp. Natri phosphorici cryst. 20,0
Natri bicarbonici 4,0.

In lagenam immissis, quae continet
Aquae coctae frigidae 350,0—400,0,

adde non agitando
Acidi phosphorici puri (p. sp. 1,120) 15,0.

Tum lagenam celerrime obtura et loco frigido sepone, interdum leniter agitando.

**Purgativum clysmaticum simplex.**
*Haggard's Stoolpromoter.*

Rp. Corticis Frangulae 10,0
Kali carbonici 3,0
Natri sulfurici cryst.
Natrii chlorati aa 2,5
Olei Anisi *Gutt.* 5
Spiritus Vini 50,0
Aquae destill. 200,0.

Mixta digere interdum agitando per horas duas, tum cola. Colaturam sepone per diem unum, tum filtra. Liquorem filtratum misce cum



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0657-8

Glycerinae purae q. s.,
ut litra una vel 1200,0 grammata expleantur. *Dos.* ad clysma 5,0—6,0.

*Usus:* Sipho parvus, occupans quatuor centimetra cubica, purgativo impletus et supra lucernam accensam ad circiter 40° C. calefactus repraesentat dosin unam. Impulsus ad alvi dejectionem post quatuor minuta ingreditur. Etiam adhibetur in colica flatulenta, tympanite.

### Purgativum Oidtmanni.

Dr. *Oidtmann's Purgatif.*

Rp. Fol. Nicotianae conc. 10,0
Corticis Frangulae conc.
Rad. Jalapae pulv. aa 20,0
Kali carbonici 7,5
Natri nitrici
— sulfurici
Magnesiae sulfuric. aa 10,0
Natrii chlorati 5,0
Spiritus Vini 100,0
Olei Anisi *Gutt.* 10
— Gaultherei *Gutt.* 15
Aquae destill. 500,0.

Mixta digere, tum cola et in colatura solve massam paratam coquendo ex

Olei Ricini 50,0
Liq. Kali caustici (pd. sp. 1,30) 25,0
Spiritus Vini 50,0.

Mixtione peracta, liquorem filtra et liquorem filtratum commisce cum

Glycerinae albae communis 1000,0.

*Signatura: Einspritzung eines Fingerhutes voll in den Mastdarm — sofortige Stuhlentleerung, anwendbar bei Haemorrhoiden, Blasenschwäche, Nieren- und Uterus-Affectionen (Reflexwirkung).*

### Pyridinum.

$C_5H_5N$-$C^{10}H^5N$ = 79.

Paratur destillando e pice lithanthracina, oleo vel pyroleo animali foetido etc. Liquor decolor, hygroscopicus, odoris empyreumatici, saporis acerrimi, pd. sp. 0,980, calore 117° C. ebulliens, in aqua et spiritu facile solubilis, reactionis alkalinae liquorem praebens. Antasthmaticum. Plerumque vapores inhalantur. *Dos. max.* pro die 1,0 (guttae 25).

### Pyridinum nitricum.

Nitras Pyridini.
$C_5H_5N \cdot HNO_3$ = 142.

Rp. Pyridini puri 10,0
Acidi nitrici (pd. sp. 1,180) 27 vel q. s.

Misce agitando, ut liquor neutralis efficiatur. Tum, additis

Spiritus vini 25,0,

sepone loco calido, cujus calor 50° C. ne superet, donec sal in crystalla acicularia transductum fuerit. In aqua facile, in spiritu minus solubile. *Usus:* Ad irrigationem chartae bibulae, ex qua cigaretae parantur (contra asthma).

# Pyrotechnica.

### Flammae pyrotechnicae.

*Nota!*

I. Kali chloricum semper seorsum in mortario porcellaneo conterendo in pulverem redigas (si hoc sal Spiritu Vini praecipitatum in promptu non habes), tum sal pulveratum ope digitorum vel ope bacilli lignei parvi vel ope barbae pennae cum substantiis inflammabilibus leviter commisceas! Quod noli oblivisci!

II. Sulfur sublimatum semper lotum et siccum adhibeatur!

III. Ut flammae lentius deflagrent, compositionibus, quae Kali chloricum non continent,

Lacca in tabulis pulv.

addatur ita, ut Partes 5 substantiae flammam coloream praebentis cum Partibus 2 mixtionis paratae e

Kali chlorici pulv. *P.* 1 et
Laccae in tabulis pulv. *P.* 2

commisceantur. Si illae compositiones Kali chloricum continent, Partes 5 commisceantur cum Partibus 2 mixtionis paratae e

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0658-4 DFG

Kali chlorici pulv. *P.* 1 et
Laccae in tab. pulv. *P.* 3.

Flamma alba.

Rp. Kali nitrici 50,0
[1] Sulfuris 15,0
Auripigmenti 4,3.
Misce. Efficit fumum venenosum.

Rp. Kali nitrici 40,0
[2] Antimonii sulfurati
Sulfuris $\widehat{aa}$ 10,0.
Misce.

Rp. Kali nitrici 20,0
[3] Kali chlorici 60,0
Sacchari Lactis 20,0
Acidi stearinici
Barytae carbonicae $\widehat{aa}$ 5,0.
Misce caute, ut fiat pulvis.

Rp. Antimonii crudi 90,0
[4] Sulfuris loti 30,0
Kali nitrici 180,0
Acidi stearinici 30,0.
Misce, ut fiat pulvis.

Flamma Bengalica.

Rp. Kali nitrici 72,0
Sulfuris 14,0
Antimonii crudi 20,0.
Misce.

Flamma citrina.

Rp. Kali nitrici
[1] Kali chlorici $\widehat{aa}$ 60,0
Natri oxalici 50,0
Laccae in tabulis 30,0.
M. f. pulvis. Flamma in cubiculo paranda.

Rp. Kali nitrici 50,0
[2] Sulfuris loti 12,0
Farinae secalin. 50,0
Succini 12,0
Resinae Pini 9,0
Picis navalis 12,0.
Misce.

Rp. Natri nitrici 60,0
[3] Sulfuris loti
Fuliginis e taeda 10,0.
Misce.

Rp. Kali nitrici 120,0
[4] Sulfuris loti 30,0
Kali chlorici 45,0
Natri carbonici calcinati (ab aqua plane liberi) 37,5
Carbonis ligni 2,0
Stearini 22,5.
Caute misce!

Rp. Natri nitrici 50,0
[5] Antimonii crudi 16,0
Sulfuris 12,0
Carbonis 2,0.
Misce.

Flamma caerulea.

Rp. Kali nitrici *P.* 16
[1] Antimonii crudi *P.* 8
Zinci *P.* 4.
Misce.

Rp. Cupri ammoniato-sulfurici
[2] 40,0
Kali chlorici 30,0
Laccae in tabulis 5,0.
Caute misceantur!

Rp. Kali chlorici 45,0
[3] Caerulei montani
Sulfuris $\widehat{aa}$ 15,0
Caute misce!

Rp. Kali chlorici 67,5
[4] — nitrici 22,5
Sulfuris loti 34,5
Cupri oxydati 22,5.
Caute misce!

Flamma in cubiculo paranda.
*Stubenfeuerwerk. Bouquet de perron.*

Rp. Kali nitrici 60,0
Sulfuris loti 60,0
Pulveris pyrii *(Schiesspulver)* 120,0
Gummi Arabici 20,0.
Mixtis adde
Camphorae 8,0
antea soluta in
Spiritus V. rectfss. 30,0.
Tum adde
Aquae destill. 16,0
Olei Lini 40,0.
M. f. l. a. massa, quae in placentas



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0659-2
DFG

planas redacta siccetur, tum in frusta parallelepipedica dissecetur.

Flamma lilacina.

Rp. Kali chlorici 90,0
Sulfuris loti 50,0
Cretae praep. siccae 40,0
Cupri oxydati nigri 12,0.
Caute misce! Miscela in catinos immittatur.

Flamma purpurea et rubra.

Rp. Kali chlorici 50,0
[1] Strontianae nitricae siccae 160,0
Auripigmenti 10,0
Sulfuris loti 20,0
Fuliginis e taeda 10,0.
Caute misce! Elicit fumum venenosum.

Rp. Strontianae nitricae 80,0
[2] Kali chlorici 20,0
Sulfuris 20,0
Carbonis 2,0.
Caute misce!

Rp. Kali chlorici 30,0
[3] Strontianae nitric. 160,0
Laccae in tabulis pulv. 40,0.
Caute misce!

Rp. Kali nitrici 100,0
[4] Sulfuris 40,0
Reguli Antimonii 20,0.
Misce.

Rp. Strontianae nitricae 80,0
[5] Laccae in tabulis
Kali chlorici aa 20,0.
Caute misce! Flamma in cubiculo paranda.

Rp. Strontianae nitricae 100,0
[6] Kali chlorici 10,0
Sulfuris loti 25,0
Antimonii crudi
Carbonis aa 5,0.
Caute misce!

Rp. Strontianae nitricae 195,0
[7] Kali chlorici 45,0
Sulfuris loti 45,0
Carbonis vegetab. 7,5
Acidi stearinici 22,5.
Misce.

Flamma rosea.

Rp. Kali nitrici *P.* 16
Farinae *P.* 3
Fuliginis e taeda *P.* 1.
Misce.

Flamma violacea.

Rp. Kali chlorici *P.* 6
[1] Cupri raspati *P.* 3
Sulfuris *P.* 2
Carbonis *P.* 1½.
Caute misce!

Rp. Strontianae nitricae 40,0
[2] Kali chlorici 90,0
Sulfuris 50,0
Caerulei montani
Calomelanos aa 10,0.
Caute misce!

Flamma viridis.

Rp. Thallii chlorati *P.* 8
[1] Calomelanos *P.* 2
Laccae in tabulis *P.* 1.

Rp. Barytae nitricae
[2] Sacchari Lactis aa *P.* 1
Kali chlorici *P.* 2.
Caute misce! Flamma in cubiculo paranda.

Rp. Kali nitrici 50,0
[3] Sulfuris loti
Antimonii crudi
Aeruginis aa 20,0.
Misce.

Rp. Barytae nitricae 40,0
[4] Kali chlorici 36,0
Sulfuris loti 20,0.
Caute misce!

Rp. Barytae nitricae 36,0
[5] Kali chlorici 6,0
Laccae in tabulis 12,0.
Caute misce!

Rp. Barytae nitricae 80,0
[6] Sulfuris loti 6,0
Antimonii crudi 2,0
Kali chlorici 40,0
Carbonis 1,0.
Caute misce!

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0660-3 DFG

Rp. Barytae nitricae 150,0
[7] Kali chlorici 75,0
Sulfuris loti 30,0
Carbonis ligni 3,75
Acidi stearinici 22,75.
Caute misce!

Pulvis pyrius albus.
*Weisses Schiesspulver.*

Rp. Kali ferro-cyanati flavi 28,0
Sacchari 23,0
Kali chlorici 49,0.
Caute misce!

**Finis partis de Pyrotechnicis.**

### Pyrothonidum.

Liquor pyro-oleosus e panno linteo paratus. Liquor pyro-vegetabilis. Oleum Chartae. *Rag-oil.*

Ollam ferream vitreatam in aqua frigida colloca et in ea chartam, linteum, gossypium incende et lente combure. Liquor pyro-oleosus, abluendo ope Spiritus Vini alcoholisati collectus, filtretur et evaporando lenissimo calore inspissetur.

### Racahout.

*Racahout des Arabes. Palamout. Palmyrène. Allataïm du harem.* Pulvis Cacao compositus *Ph. Belg.*

Rp. Cacao praep. 125,0
Amyli 250,0
Sacchari 600,0
Radicis Salep. 25,0
~~Vanillae 1,0.~~
M. f. pulvis.

### Radix Salep cum Saccharo.

Salep saccharatum.

Rp. Radicis Salep. pulv.
Sacchari aa *P.*

Misce exacte conterendo, ut fiat pulvis subtilissimus.

*Ad recepturam.* Signetur: sumatur duplum.

### Reagens amylojodatum.

Liquor Amyli cum Zinco jodato *Ph. Germ. Jodzinkstärkelösung.*

Rp. Amyli triticei 4,0
Zinci chlorati 20,0
Aquae destill. 100,0.

Mixta tamdiu coquantur, aquam evaporatam restituendo, donec solutio amyli effecta fuerit. Tum liquori refrigerato admisce Zincum jodatum solutum, leniore calore paratum e

Zinci limati 1,0
Jodi puri 2,0 et
Aquae destill. 10,0.

Deinde adde

Aquae destill. q. s,

ut litra una vel ccm. 1000 expleantur. Sit liquor decolor, paululum opalescens.

### Reagens Froehdei.

*Fröhde's Reagens.*

Rp. Natrii molybdaenici 0,1
[1] Acidi sulfurici concentrati 18,3
vel ccm. decem. Agitando solutio efficiatur. Ad usum recens paretur.

*Buckingham's Reagens.*

Rp. Ammonii molybdaenici *P.* 1
[2] Acidi sulfurici *P.* 16.
Misce et solve.

### Reagens saccharinum

Barreswill, Fehling, Trommer.

Liquor Cupri kalicus normalis. *Kalische Kupferlösung.*

Rp. Cupri sulfurici crystallisati puri 34,632
Aquae bisdestill. 200,0.

Solutioni peractae adde liquorem frigidum, solvendo paratum e

Kali tartarici 150,0
Liquoris Natri caustici (p. sp. 1,14 vel 10 % NaO) 570,0

vel ccm. 500. Dein admisce

Glycerinae puriss. 100,0
Aquae bisdestill. q. s.,

ut liquor mixtus ccm. 1000 vel litram unam expleat. Loco Glycerinae a prof. *Schmideberg* Mannites (circiter 16,0) ponitur et loco liquoris Natri caustici ejusdem liquoris (pd. sp. 1,145) 480,0.

*Ph. Germ.* Solutio Cupri tartarici na-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0661-8